getur vel diminuitur manet idem numero ſm ſubſtātiā. Sed tñ quādoq; in alteratione nō manet eadem paſſio. ſed i augmēto ⁊ diminutione non manet eadē magnitudo: ſed fit maior vel minor. ſi ergo p̄dicta trāſmutatio qua ex aq̄ fit aer eſſet augmētatio: ſequerent̄ duo cōtraria predictis poſitionibus. Quoꝝ vnum eſt ꝙ aliquid augeretur nullo alio adueniēte ⁊ diminuere ex nihilo recedēte. Aliud aūt eſt id qȯ auget̄ non maneret: neq; aqua: neq; corpus qȯ videt̄ eſſe cōe manet idē numero: vnde etiā ſignāter ſupra dixit: ſi aliqd eſt cōe: qr. ſ. nihil actu ens idem numero exiſtens: ſm ſubſtātiā eſt cōe et qȯ corrūpit̄ ⁊ generat̄. ❡ Oꝫ aūt p̄dictas pōnes ſaluare in oī eo qȯ auget̄: hoc enim ſupponit̄ quaſi in p̄ncipiū qȯ augmētatio ſit talis transmutatio qualis ſupradicta eſt. ❡ Sed videtur nihil prohibere aliquid augeri nullo adueniēte: pbat enim phs in quarto
T.c. phyſi. ꝙ ſicut aliqd fit albius nō ſup addito alio albo: ſed
84. per intēſionē albedinis p̄exiſtentis inquātum. ſ. ſubiectū reducit̄ i actu pfectioris albedis: ita etiā pōt fieri aliquid maius abſq; additione alicuius corporis magnitudinē habentis per hoc qȯ materia que p̄us erat ſub paruis dimenſionibus: poſtea ſit facta ſub maioribus. Naꝫ ideꝫ eſt ſubiectū magnitudini ⁊ paruitati: ſicut ⁊ albi ⁊ nigri: ⁊ hoc manifeſte apparet in rarefactione. Rarefactio auteꝫ contingit nō ſolum trāſmutata ſpecie: puta cum ex aqua generatur aer: de quo hic loquit̄ Ariſto. ſed etiaꝫ eadē ſpecie manente: ſicut ſi aer rarefiat vel cōdēſet̄. ❡ Dicēdū eſt autē ꝙ talis trāſmutatio nō pōt ppric dici augmētum: ſed alteratio: fit. n. ſm trāſmutationē paſſibiliuꝫ qualitatū. ſ. rari ⁊ dēſi. ❡ Variatio aūt qualitatis aut quātitatis ſe habꝫ ex ɔſequēti. Sicut ex motu qui ē ſm locuꝫ variat̄ motus: ſm dextrū vel ſiniſtrū: nō tñ dicit̄ motus ſm ſituꝫ: qr variatio ſitus ɔn̄ter ſe habet ad variationē loci. ❡ Deīde cū dicit.

34. ❡ Queret aūt aliquis: ⁊ quid eſt quod auget̄: vtruꝫ cui apponitur aliqd: aut quod apponitur. V. G. ſi crus qȯ auget̄ hoc fit maius: qȯ aūt auget cibus. Quare igitur non ambo aucta ſunt: Maius eniꝫ quod apponitur ⁊ cui. Queēadmoduꝫ ⁊ quādo miſcens vinuꝫ aqua: ſimiliter. n. plus vtrūq;.

❡ Mouet aūt aliā queſtioneꝫ. ⁊ p̄mo pponit eam. ſcdo ſoluit eam ibi (Aut qm hȯ) Dicit ergo p̄mo ꝙ cum augmentuꝫ fiat aliquo ſupaddito remaner queſtio qȯ eſt id quod auget̄: vtrum. ſ. id cui apponit̄: nō aūt ꝙ apponit̄: vel potꝰ augetur vtrūq;. verbi gratia. crur alicuius aīalis apponit̄ aliqd. ſ. cibus: vtrum ergo crus augetur ⁊ fit maius. Cibus aūt qui apponit̄ vel additur non auget̄. ſed auget: qr ergo ambo nō augmētata ſunt: vtrūq;. n. nō fit maius: ſed id qȯ apponitur nō: ⁊ id cui apponit̄ ſic: ⁊ ſicut qñ vinum miſcet̄ aque videt̄ vtrūq; augeri: quia vtrūq; fit maius eodē mō. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Aut quoniā quideꝫ huiuſmodi ſubſtātia manet: huiuſmodi autē non. V. g. cibi. Quoniaꝫ dominans dicitur in mixtione: vt quoniam vinum: facit eniꝫ vini opus: ſed non aque vniuerſa mixtura. Similiter ⁊ in alteratione: quoniā ſi manet caro ens: ⁊ qȯ aliqd eſt. Paſſio auteꝫ aliqua exiſtit coꝝ que ſꝫ ſe accidētiū: que prius paſſio nō exiſtebat: alteratum eſt hoc.

❡ Quo modo autem alteratū eſt: hoc quādoq; quidē nihil paſſuꝫ: neq; alterata eſt ſubſtātia: quādoq; aūt ⁊ illud. Sed alterans eſt p̄ncipiū motus in eo qȯ augmētatur ⁊ alteratur: in his enim mouēs: quoniam ⁊ ingrediēs generatur vtiq; magis: ⁊ accipiens illud corpus. V. g. ſi igrediēs fiat vtiq; ſpecies oportet corruptum eſſe hoc patiens ⁊ mouens non in hoc.

❡ Soluit queſtionē per id qȯ ſupra poſituꝫ eſt. ſ. ꝙ oportet id qȯ auget̄ manere ſm ſubſtātiā. ❡ Ideo ergo vinuꝫ dicit̄ augeri ⁊ nō aliud: qm hȯ quidem. ſ. cui addit̄: puta crus manet ſubſtātia: hȯ aūt. ſ. qȯ addit̄ puta cibus. Cōuertitur enī in ſubaꝫ eiꝰ qȯ nutrit̄ ⁊ auget̄: ⁊ qr in obiectione fiebat mētio de mixtione: oſtēdit etiā i mixtione ſimile eſſe. Naꝫ id cuius ſubſtātia manet dicit̄ eſſe dans in mixtione: ſicut dicitur eſſe vinū: quādo parꝫ de aqua admiſcet̄ multo vino: ⁊ hoc apparet ex ppria operatione que eſt euidēs ſignuꝫ ſpeciei: tota. n. mixtura facit operationē vini. ſ. calefaciendo ⁊ ɔfortādo: non aūt facit opus aque: ⁊ ſimile eſt de alteratione: quia ſi pmanet caro: ⁊ qȯ qd eſt: ideſt quiditas ſeu ſpecies eius aliqua autem paſſio de numero per ſe accidētium adueniat que p̄us non erat id qȯ pmanet dicit̄ alteratum: ⁊ ſimilr opꝫ id qȯ auget̄ pmanere: id autē quo aliquid alterat̄. ſ. alterās: qñq; in nullo trāſmutatuꝫ eſt: neq; ſm paſſionem: neq; ſm ſubſtātias: ſicut ɔtingit in his que agūt: ⁊ nō patiūtur: ſicut corpora celeſtia: qñq; vō ⁊ ipſum alterans patit̄ ⁊ transmutat̄: ſicut in corporibus iferiorib' que agūt: ⁊ patiuntur adinuicem: vt infra patebit. Sed in motu augmēti virtus alterās: ⁊ que eſt p̄ncipiuꝫ motus ſe habꝫ ex parte augmēti: qȯ tamē ita alterat. ꝙ etiā alterat̄ in his enī que augent̄ eſt p̄ncipiū motus augmēti. ſ. ad alterandum ⁊ cōuertēdum cibum qui addit̄: quia ſi hoc nō eſſet cibus igrediēs corpus: ⁊ ſic magis generaret̄ acciperet ad ſuam naturā: id corpus cum ingrederet̄: puta cum ſpūs ideſt vētus ſeu aer ingredit̄ vētrem: ⁊ facit eum maiorem vel ſpūs. i. aīa ingredit̄ corpus: ⁊ conformat ipſum ſibi: ſed non eſt ita: quinimo cibus ingrediēs corpus patiēdo a corpore animalis corrumpitur conuerſum in corpus animalis: ⁊ principium mutationis non eſt in hoc qȯ additur: ſed in eo cui additur.

Quoniam autē de his queſitū eſt ſuffi- 35.
cienter opꝫ queſtionis tentare ſolutionem inuenire. Saluātes manere id quod augetur ⁊ adueniente aliquo augeri: recedente autem diminui: adhuc auteꝫ quodcūq; ſignum ſenſatum: aut maius: aut minus generatum eſt: ⁊ non vacuum eſſe corpus neq; due magnitudines in eodem loco: neq; i corporeo augeri.

❡ Poſtq̄ phs mouit dubitationē de eo quo aliqd auget̄ ⁊ ſoluit dubitationem interpoſitam. hic accedit ad ſoluendum dubitationem p̄ncipalem: ⁊ p̄mo ſoluit dubitationē. ſecūdo oſtēdit dubitatione remota quomodo fiat augmētum. ibi. (Maius autem totuꝫ). circa p̄muꝫ duo facit. primo oſtendit qualis debeat eſſe ſolutio. Secūdo ponit ſolutionem. ibi. (Suſcipiēdum). Oportet autē ꝙ vera ſolutio includat omnia que ſunt de rōne rei: ⁊ omnia impoſſibilia excludat: ⁊ ideo p̄mo oſtendit quomodo intēdit ſaluare omnia que ſunt de ratiōe augmēti: ⁊ dicit ꝙ quia ſufficienter queſituꝫ eſt de predictis. oportet tentare: ideſt ad hoc conatum apponere: vt inueniatur talis ſolutio queſtionis: qua ſoluantur tria que ſupradicta ſunt de ratione augmenti: quorum primum eſt qȯ id quod augetur per-

maneat. Secūdū est q augmētū fiat adueniēte aliquo: ꝛ diminutio aliquo recedente. Tertiū ē q qlibz signū sen satū.i.quelibet pars sensibilis eius qđ augetur fiat maior in augmēto aut minor in diminutiōe. Scđo ostendit quomodo itendit tria ipossibilia vitare. primo qdem vt nō ponamus corpus qđ augeť esse vacuū. 2°. vt nō ponam⁹ duas magnitudines vel duo corpora esse simul. 3°. vt nō ponam⁹ augmētū fieri per additionez alicui⁹ in corpe.vī.n. suppositis predictis suppositionib⁹ alterz hoꝝ īcōueniētū ex necessitate sequi. si enīz augeť: quelibet pars eius qđ augeť: ꝛ nihil augetur nisi adueniente aliquo: opꝫ q cuilibet parti eius qđ augetur aliquid adueniat. si ergo id qđ aduenit nō est incorporeū opꝫ duo corpora esse sil nisi ponať corp⁹ qđ augeť esse vacuū. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Suscipiendū igitur causam determinantes prius vnumquodqꝫ. quoniam anomiomera augentur cuz omiomera augentur: ꝯponitur enī ex his vnūquodqꝫ. ¶ Deinde quidem caro ꝛ os ꝛ vnaqueqꝫ talium partium est duplex. Quemadmodum et aliorum in materia speciem habentium. Etenīz materia dicitur et species caro aut ōs.

¶ Soluit dubitationē ꝛ prio p̄mittit quedaꝫ necessaria ad questionis solutionē. scđo ponit solutionē ibi. (Qualecūqꝫ ergo partē.) Circa primū ꝑponit duo. circa quoꝝ primum dicit q opꝫ suscipere causaꝫ: ꝑ quā ꝛ predicta soluanť ꝛ icōueniētia vitenť: ita tn̄ q determinemus quedā pri⁹. Quorum vnū est q omiomera.idest mēbra dissimiliū partiū. puta manus aut pes ꝛ similia: augenť per hoc q partes augentur: quas omiomera vacat sicut sunt caro ꝛ os ꝛ hꝰ. Et hui⁹ rōnem assignat qꝛ vnūqđqꝫ mēbrū dissimiliū partiū augetur ex his que sunt similiūꝫ: sicut man⁹ ex carne ꝛ osse ꝛ neruo: ꝛ ideo oꝫ qđ per augmētū partiū augeať totū. Secundo ponit q caro ꝛ os ꝛ vnaqueqꝫ talium partium q̄ primuꝫ dicať augeri est duplex. sicut cōtingit in omnib⁹ q̄ habent speciem in materia. Naꝫ caro vel os patest dici vl' vt materia carnis vel vt species carnis. Hoc quidā itellexerunt sic q aliqua caro signata estꝫ: que est secūdū materiā: ꝛ alia que est scđꝫ spēm. dicūt enīꝫ q caro vel os vel qcqd est hꝰ dicitur esse s'ꝫ speciem: ex eo q ē generatū ex primo humido seminali: in quo prima fuit virtus spēi. caro autez secūdū materiā dicitur ex ea q generať ex humido nutrimentali: qđ quidem aduenit primo humido substātiali sicut materia quedam eius prout primuꝫ humidum extēditur per alia mēbra: admixto sibi secūdo humido ad hoc vt compleatur quātitas rei viuētis ꝛ oīum partiuꝫ eius: ꝛ hec fuit opinio Alexādri. vt dicit Auic. in expositione huius loci quem plures pastmodum secuti sunt: sed hoc nō potest stare cum verbis Ar. que hic dicuntur. dicit enim q caro ꝛ os ꝛ vnaquaqꝫ talium est duplex. s. s'm materiā ꝛ speciez: quēadmodum ꝛalioꝝ in materia speciez habentiuꝫ. Manifestum est aūt q speciem in materia habent non solum ista que generantur ex semine ꝛ que nutriuntur in quibus predictus intellectus posset aliqualiter sustineri: sed etiaꝫ corpora inanimata sicut sunt lapides aurum ꝛ argentum. vult ergo Ar. q in carne ꝛ osse dicitur species ꝛ materia sicut in lapide ꝛ auro: in quibus non humidum substantiale ꝛ nutrimentale. Et ideo dicendum est s'm itentionē Ari. q eadem caro dicitur secūdū speciem prout in ea consideratur id qđ pertinet ad speciem carnis: ꝛ secūdū materiam: prout in ea ꝯsideratur id qđ est materie: ꝛ eadē ratio ē de oib⁹ alijs ꝯpositis ex mā ꝛ forma. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Qualecūqꝫ igitur partē augmentari. ꝛ adueniente aliquo s'm quidem speciez est contingēs s'm autez materiam nō est.

¶ Ponit solutionem. ꝛ primo ponit eam. secundo manifestat per exēplū ibi. (Opꝫ autem itelligere) Tertio ꝯcludit epilogādo sūmam solutionis ibi. (Quapropter est quidē) Dicit ergo prio q hoc qđ supra dictū est: q quelibet pars augeť: ei⁹ qđ augeť ꝛ q vnūqđqꝫ augeať adueniēte aliquo ē veruꝫ si accipiatur pars scđm spēm. Nam cuilibet parti s'm spēm cōsiderate additur aliquid tanqꝫ pmanenti: ꝛ ita quelibet pars scđm spēm considerata augetur nō aūt cuilibet parti scđꝫ materiā cōsiderate fit additio: sed nō q̄libet pars s'm mā cōsiderata augeť. dictū enim ē q id qđ augetur opꝫ pmanere. nō aūt pmanet quelibet pars scđꝫ mām cōsiderata: sed solū scđm spēm. ¶ Deide cū dicit.

¶ Opꝫ aūt intelligere quemadmodū si aliquis mensurabit eadem mensura aquam. Semper enīz aliud ꝛ aliud quod generatur. sic vtiqꝫ augmentatur materia carnis: sed non partium cuiqꝫ aliquid aggeneratur. Sed hoc quidem defluit: hoc autem aduenit. Forme autem ꝛ cuiuscūqꝫ speciei particule. 36.

¶ Manifestat solutionez ꝑpositaꝫ ꝑ exēpla: ꝛ primo ponit manifestationē. scđo ostēdit in qb⁹ partibus dicta solutio sit magis manifesta ibi (In omiomeris.) Dicit ergo p̄mo. q opꝫ itelligere qđ dictū est de carne scđm spēm ꝛ secūdū materiā si quis mensuret aquā eadeꝫ mēsura: ita tamē q semꝑ sit alia ꝛ alia aqua. puta si ex vase pleno aq̄. guttatī aqua effluat ꝛ guttatiꝫ semꝑ ifundať. erit.n. semꝑ idē q̄tū ad mēsurā aq̄ nō tn̄ quo ad mām aq̄. sic aūt operať spēs ad mām sicut mēsura ad mēsuratum: eo q forma ē finis māe vt dī in 2°. physic. sic.n. opꝫ itelligere q spēs carnis pmaneat eadē tanqꝫ mēsura q̄dā: nō tn̄ semꝑ pmaneat eadem mā i qua talis spēs suscipiť. Est ēt sil'e de fluuio q semꝑ manet idē q̄tū ad spēꝫ fluuij: māls tn̄ aq̄ semꝑ est alia ꝛ alia. simile ē etiā i igne: cui⁹ spēs ꝛ figura semꝑ manet: sed ligna in qbus māliter ignis ardet cōsumunť: ꝛ alia apponuntur idē ēt apparet in populo ciuitatis: q semꝑ manet idē scđm id qđ ē spēi: q̄uis hoīum ex qb⁹ cōstituiť populus: qdā moriātur: ꝛ qdā succedāt: ꝛ semꝑ pmanet id qđ ptinet ad spēꝫ carnis: licet mā in quā fundať talis spēs paulatim cōsumatur ꝑ actionē caloris: ꝛ alia d nouo adueniat ꝑ nutrimētū. sic ergo qñ aliquod corp⁹ augeť augmentať quidem mā carnis: qꝛ plus generať ꝑ nutrimētū qꝫ perdať ꝑ actionez caloris: ꝛ ita multiplicata mā vis augmētatiua q̄ pertinet ad spēm excedit ꝑportionabiliter totā mām in maiorem quātitatē: nō tn̄ ita augmētatur materia carnis q cuilibꝫ parti materie aliquid addatur: qꝛ neqꝫ quelibet pars materie manet: sed quedam defluit consumpta. s. per calorem ꝛ quedam aduenit: restituta. s. per nutrimentū: ꝛ ita nō oportet incorporea esse: neqꝫ esse corporea omnino simul: neqꝫ corpus qđ augetur esse vacuum: quia nō plus fuit id qđ restituitur per alimentum qꝫ id qđ fuit per calorem cōsumptum virtus enīꝫ caloris naturalis q̄ pertinet ad speciez restituit id qđ aduenit in locum eius qđ perijt. si autem fuerit plus qđ ex alimento generatū est virtus naturalis extēdit id in maiorem quantitatem secundū aliquam dimensionem ꝛ ita occupat maiorem locū: sed qꝛ spēs semper manet necesse est dicere qđ cuilibet parti forme vel speciei aliquid aduenit ꝛ quelibet augeatur. ¶ Neqꝫ propter hoc sequitur duo corpora esse in codeꝫ loco quia forme ꝛ speciei nō debetur locus nisi ratione materie i qua fundatur que est proprie subiectum quantitatis dimensiue. si autem intelligatur caro s'm speciem q̄ est generata ex humido sub-

ſtantiali.caro aūt ſcōm mām que eſt generata ex humido nutrimētali vt Alexāder poſuit: videt̃ hoc vbū Ar.ſ.ꝙ caro ſecūdū mām defluit ꝛ adueniat nō aūt caro ſcōm ſpēm magis eē dictā ꝓbabiliter qꝛ ſm aliquā neceſſariā rōnem, cū nō neceſſe ſit vtrūqꝫ humidū in vnā maſſaꝫ adiūgi ad ꝑficiēdā q̄ntitatē toti⁹ cōpis:ꝛ oīuꝫ ꝑtiū ei⁹.nec ꝑt ex nečitate ꝓbari ꝙ calor ita ↄſumat vnū altero ꝑmanēte ſemꝑ. Nō eſt aūt credibile ꝙ Ar.in tali re aliqd ſine rōne neceſſaria dixiſſꝫ:vt Aueroys dič i expōne hui⁹ loci. ℂ Deide cū dič.

37. ℂ In anomiomeris autem hoc magis manifeſtum. V.g.in manu quoniam ꝓportionaliter auctum eſt.materia enim alia ens a ſpecie manifeſta magis hic q̄ꝫ i carne ꝛ omiomeris. Jō ꝛ mortui magis vidētur eſſe caro ꝛ os: q̄ꝫ brachium ꝛ manus.

ℂ Oſtēdit in qb⁹ partib⁹ predicta ſolutio ſit magis manifeſta:ꝛ dicit ꝙ id qđ dictū eſt magis ē manifeſtū in omiomeria.ideſt mēbris diſſimiliū partiū puta manu quā videm⁹ ꝓportionabiliter augeri: ꝓportiōabiliter autē auget̃ tota manus:ꝛ qlibet digitus:ꝛ etiā quilibet articulus. Et hoc iō qꝛ magis manifeſta ē diſtinctio ſpēi ꝛ mãe in hꝫ mēbris q̄ꝫ in carne ꝛ oſſe ꝛ alys mēbris ſilib⁹.quāto.n.ſunt ꝑpinquora toti tāto plenius recipiūt ꝑfectionē forme:q̄ principaliter eſt actus toti⁹. vnde ꝛ operationes aīe magis manifeſte ſunt in diſſimilib⁹ mēbris q̄ꝫ i ꝑtib⁹ ſimilib⁹. ꝛ iō licꝫ poſt mortē ꝑ quā aīa ſeparat̃ aīa a corpore nō ſoluꝫ remanet animal:ſꝫ
T.c.8 nō etiā nulla pars aīalis niſi equiuoce vt đr in 2.° de aīa.tñ vr̃ ꝙ magis poſt mortē aīalis remanet caro aut oa q̄ꝫ manus aut brachium:in quib⁹ magis apparent operatiōes anime ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Quapropter eſt quidem ſic quantūcūqꝫ carnis auctum:eſt autem vt non. Secūdum ſpeciem quidē enim quodcūqꝫ aduenit.ſcōm materiam autē generatum eſt non.

ℂ Concludit epilogādo ſūmā ſolutiōis.ſ.ꝙ quodāmodo q̄libet ps carnis ē aucta.ſ.accipiēdo carnē ſꝫ ſpēm ꝛ quodāmodo.nō.ſ.accipiēdo carneꝫ:ſed mām.

38. ℂ Maius autē totū generatum eſt adueniente aliquo:quod vocatur cibus:ꝛ contrarium trāſmutante in eādem ſpeciem. V.g.ſi ſicco adueniat humidū. Cum autem aduenerit tranſmutatur humidum ꝛ generatur ſiccum. Eſt quidem enim ſicut ſimile a ſimili augmentatur:eſt autem vt a diſſimili.

ℂ Solutis dubitatiōib⁹ q̄ erāt circa augmētū h̄ pħs determinat modū augmēti.ꝛ prīo determinat qualr̃ fiat augmētum.ſcđo determīat qualr̃ fiat diminutio ibi (h̄ aūt ſpē ſine mā) circa primū duo facit. prīo oñdit qualr̃ ſe hꝫ id qđ aduenit ad id qđ auget̃.eo adueniēte.ſcđo ↄparat augmentū alys opōnib⁹ aīe vegetabilis ibi (Queret aūt aliqs.) Dicit ergo prīo ꝙ ſoluta queſtione de ptib⁹ eius qđ auget̃ vtꝝ quelibet ps augmētat̃ vel nō:manifeſtū ē qđ totū maius ē aliquo adueniēte.puta cibo.hoc.n.adueniēs in pricipio eſt cōtrariū ei cui aduenit ſcōm aliquā cōtrarietatē paſſionuꝫ ſed poſtea trāſmutat̃ in eadē ſpē:puta ſi ſicco adueniat id qđ ē a pricipio humidū:qđ cū aduenerit trāſmutat̃:ꝛ fit ſiccuꝫ:ꝛ ita quodāmodo verū eſt dicere ꝙ ſile auget̃ ſili.quodammō aūt veꝝ eſt dicere ꝙ aliqd auget̃ diſſimili.naꝫ id qđ augetur a principio quidē eſt diſſimile in fine aūt ſimile vt dictum eſt. ℂ Deinde cum dicit.

Queret autem aliquis quale opꝫ eē ex quo augetur. Manifeſtuꝫ vtiqꝫ:quoniam potētia ē illud. V.g. ſi caro potentia carneꝫ:actu aūt aliud. Corruptu vtiqꝫ hoc caro generatū eſt. 39.

ℂ Comparat augmentum alys opationib⁹ aīe vegetabilis cuius operatiōes ſunt tres vt dič̃ in 2.° de aīa.ſ.generatio nutrimētū augmētū.prīo ↄparat augmētū generatōi.ſcđo nutrimēto ibi. (Quātū aūt vl'e.) Circa primū duo facit.primo oſtēdit ſilitudinē augmēti ꝛ generationis.ſcđo dñiam ibi. (Nō igit̃ hoc ipm.) mouet igit̃ queſtionē circa primū q̄le oporteat eē id.i.cui⁹ forme ē id qđ auget̃. ꝛ ↄcludit manifeſtum eſſe ex premiſſis ꝙ id quo aliquid auget̃ ē i potētia ad id qđ auget̃ puta ſi caro ē qđ auget̃ id quo auget̃ oꝫ eſſe in potētia carnē:qꝛ ſicut ſupra dictuꝫ ē:id quo aliquid augetur eſt in principio diſſimile:ꝛ in fine autē ſimile. ꝛ qꝛ nihil eſt i potētia ad vnuꝫ:quin ſit in actu aliquid aliud: oꝫ id quo augetur caro:qđ eſt ipotētia ad carnē:eē actu aliqd aliud q̄ꝫ carnē:puta panis:ꝙ autē eſt actu aliquid:nō ſit aliud niſi ꝑ prioris ꝛ ſequētis generationē, corruptionē.oportet igitur augmētum fieri:corrupto eo ꝙ pri⁹ erat actu.puta pane genito eo qđ augetur. puta carne. ℂ Et ſic manifeſtum eſt ꝙ augmēto ↄcurrit generatio aliqualiter. ℂ Deinde cum dicit.

ℂ Non igit̃ hoc ipm ſm ſe. Gñatio aūt eſſet nō augmētatio:ſed qđ augetur hoc. ℂ Quod igitur ꝛ ab hoc eſt patiens auctum eſt:aut mixtū: quēadmodum ſi quis vino ſuperfundat aquā: hoc autem poteſt vinum facere qđ mixtuꝫ eſt: quemadmodum ignis facit vſtum tangēs vrēda. Jta in eo qđ augetur:ꝛ eſt actu caro quod ineſt augmentatiuum:adueniētem potentia carne facit actu carnem. ℂ Jgitur ſimul ente:ſi.n. ſeorſuꝫ generatio eſt. Eſt eniꝫ ita ignē facere ad exiſtentē adiungētes ligna:ſed ſic quidē eſt augmentatio. Quando autēꝫ ipſa ligna per ſe icenduntur generatio eſt.

ℂ Oſtendit differentiam augmēti generationis dicens ꝙ in augmento ſit quedam generatio carnis cum aliud ſit augmētatio a generatione:ſꝫ quitur ꝙ nō generetur ſcōm ſe ipſam ideſt ſeparatim quādo aliquid generatur:quia ſic nō eſſet augmētū:ſed generatio:ſꝫ oportet generari carnē in carnē que auget̃.ſit igitur ꝑpter id qđ caro in eo qđ augetur eſt patiens:in eo.ſ.qđ trāſmutatur in ſimilitudinem eius qđ augetur:ꝛ ab hoc.ſ.paſſo ꝛ trāſmutato augmētatū eſt vel id cui additur vel totum mixtuꝫ ꝛ eſt ſimile ſicut ſi aliquis vino preexiſtenti ſuperinfundat aquaꝫ hoc modo: qđ vinum ſua virtute poteſt aquam commixtam conuertere in ſui naturā.tunc enim dicitur eſſe augmētum vini:nō generatio. ℂ Cum autem liquor aliquis ſcōm ſe in vinuꝫ cōuertitur puta in vua eſt vini generatio. ℂ Aliud autem exemplū ponit de igne qui adurit corpora vſtibilia ſibi cōiuncta:ꝛ ita contingit in eo qđ augetur ꝙ eſt actu caro:cui⁹ virtus augm̄tatiua id qđ adurit exiſtens in potētia ad carnem facit actu carnē:ita tñ ꝙ ſit ſimul cuꝫ carne preexiſtēte.ſi enim ex aliquo quod eſt in potētia caro ſeorſum fieret caro eſſet generatio carnis non augmentum ſicut accidit cum ex virtute ſeminis ſanguis menſtruus in carnem conuertitur:ꝛ hoc etiaꝫ accidit circa ignem .cōtingit enim qñqꝫ ꝙ ligna igniuntur adiuncta igni preexiſtenti:ꝛ hoc ē au-

gmentatio ignis. quādo vero ipsa ligna incenduntur seorsum nō adiuncta alys lignis adustis tunc est generatio.

¶ Quantuȝ autē qđ vniuersale quidē non generatur: quēadmodū nec aīal nec quidē homo nec aliquid singularium: sed vt hic vniuersale: illic autē quantuȝ. ¶ Caro autē: aut os: aut manus: ⁊ horū omiomera adueniente quideȝ aliquo quāto: sed nō carne quāta.

¶ Postq̄ phs cōparauit augmētū gnōni hic cōpat augmētum alimento. ⁊ primo ostendit quomodo se hȝ id qđ auget ad id qđ nutrit. secūdo quomodo se habet augmentum ad nutrimentum ibi. (Et nutrimentum.) Circa primum tria facit. pͦ ōndit qd sit id qđ augeť. i. q̄ sit q̄tū: ⁊ dicit q̄ q̄tū vniuersale nō generať nec fit sicut aīal vl'e. nec homo vniuersalis: nec aliquid singularium. idest nec aliquam singularium specierum. puta nec leo vniuersalis: nec bos vniuersalis. sed sicut in illis generatur vniuersale. s. in aliquo particulari. puta cū generatur hoc animal: aut hic homo ⁊ illic. s. in augmento generatur quantuȝ: non quideȝ in vniuersali: sed in aliquo determinato: sicut cuȝ fit quāta caro aut os, aut manus ⁊ his silia. Secundo ibi. (Aduenientē.) Ondit quid sit id qđ auget. fit enim augmētū adueniēte aliquo vt dictuȝ est: sed si per augmentum fieret q̄tum in vniuersali: oporteret id qđ aduenit esse q̄tuȝ in potentia: ⁊ nullo modo in actu: sed quia nō generatur q̄tum in vniuersali: sed hoc quātum. puta caro oportet id qđ aduenit esse quidem aliquid in actu q̄tum: nō autem caro quāta: sed solū in potentia. ¶ Tertio ibi.

41. ¶ Secūdum id igitur q̄ potentia vtrūq;. V. g. quanta caro sic auget quidē etenim quantam oȝ generari: ⁊ carnem: s̄m id enim qđ solū substātia caro nutrit: etenim sic differunt cibus ⁊ augmentatiuum ratione.

¶ Cōcludit differētiā ei⁹ qđ auget ⁊ eius qđ nutrit ⁊ pͥmo ponit differētiam q̄ id inq̄tum id qđ aduenit est in potētia ad vtrunq;. puta ad hoc q̄ sit quāta caro: vt scilicet nō solum sit aptum recipere speciem carnis: sed etiam in maiorem q̄titatem produci. per hͦ enim auget. ¶ Ad hoc. n. q̄ sit augmētum. oportet fieri ⁊ quātuȝ: vt scilicet fiat maior q̄titas ⁊ caro: qȝ oportet id qđ aduenit in finem assimilari vt dictum est: inq̄tum vero id qđ aduenit est in potentia ad hoc q̄ sit caro secūduȝ hoc nutrit: sic enim differūt s̄m rationeȝ cibus ⁊ augmētatio. ¶ Nam cibus nutriens est in potētia inq̄tum cōuertitur. in carnem inq̄tum aūt suscipit maiorem q̄titatem est augens. ¶ Scđo ibi.

¶ Ideo nutriť qȝ quousq; saluatur: ⁊ diminuitur: augmētatur autem non semper.

¶ Infert quoddā correlarium ex eo qđ dictū est. vȝ. q̄ aliquis nutritur quousq; saluatur. i. q̄diu conseruatur in vita: qȝ semper oportet restitui per nutrimētuȝ id qđ cōtinue soluitur. i. id qđ diminuitur oportet nutriri: nō autem semper animal augetur: ȝ q̄diu cibus cōuersus in carneȝ pōt extendi in maiorē q̄titatē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Et nutrimentū augmentationi id ideȝ est quidem: esse autē aliud. Secūdum id enī qđ est id qđ aduenit potentia quanta caro augmentatiuum carnis est: s̄m id autem quod solum potētia caro: nutrimentum.

¶ Ostēdit differētiam īter ipsum augmētum ⁊ nutrimētū. ⁊ dicit q̄ nutrimētū est idē ipsum augmētum: esse aūt eius aliud. quasi di. sunt idem subiecto ȝ differunt ratione: inq̄tum. n. id qđ aduenit est in potētia ad vtrūq;. i. ad hoc q̄ sit quāta caro s̄m hoc est augmētū carnis. inq̄tuȝ vero est in potētia ad hoc solum q̄ sit caro: s̄m hoc est nutrimētum aut cibus: vt supra expositū ē. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Hec autem spēs sine materia: vt imaterialis potentia aliqua in materia est. Similr' auteȝ ⁊ aliud quodcunq; organum. Si auteȝ aduenerit aliqua materia ens potētia imaterialis hn̄s ⁊ q̄tuȝ potētia: he erūt imāles maiores.

¶ Si autē amplius facere non potest: sed vt aq̄ vino semper amplius mixta in fine aquaticum facit: ⁊ aquā: tunc diminutioneȝ faciet quanti. Species autem manet. 42.

¶ Ostēdit quomodo fiat diminutio. Ad euidētiaȝ aūt horū que hic dicūtur cōsiderādū est q̄ virtus speciei alr' se habet in rebus viuentibus que ꝓprie nutriuntur ⁊ augētur: ⁊ in rebus carētibus vita que neq; nutriuntur neq; augentur. corpora enī viuētia mouēt seipsa nō solum s̄m motuȝ localē: sed etiā s̄m motum alteratiōis. puta cū animal nālīter sanatur ⁊ nō s̄m motū augmētationis aut generationis: preserttiȝ s̄m q̄ nutrimētū est generatio quedā: vt dictum est: inq̄tuȝ scilicet ⁊ si nō generetur caro s̄m se aggeneratur tamē carni preexistenti. omne aūt mouēs seipsuȝ vt ꝓbatum est in. 8. phy. diuiditur in duo: quoꝝ vnum est mouens aliud vero motū. vnde oportet q̄ in rei veritate sit aliquid motū: qđ cōuertitur in nām speciei: ⁊ aliqd mouens. s. ipsa vtus speciei cōuertēs: ⁊ inde est q̄ vtus speciei in rebus viuētibus nō determinat sibi aliquā mām signatam: cū vna pars effluat ⁊ alia adueniat: vt dictum est: non potest tamē vtus speciei eē absq; omni mā: ȝ hac vel in illa determinate. vt ꝓbatur in. 7. meta. in rebus tamē inīatis nihil tale īuenitur nisi forte inq̄tum est in eis aliq̄ silitudo augmēti ⁊ nutrimēti. puta in igne ⁊ vino ꝑ efficaciaȝ vtutis actiue in eis spēi carnis vel cuiuscūq; hꝰ: inq̄tcunq;. Sic igiť vtus tamē nō determinat sibi aliquā mām signatam sed nūc saluatur in hac: nūc in illa: ⁊ ē sicut species imaterialis potētia q̄tum ad hoc: q̄ nō determiat sibi materiam signataȝ. ¶ Est tamē in mā semper aliqua: ⁊ eadē ratio ē de quocūq; alio organo. puta de osse aut neruo aut quocūq; hꝰ. si ergo aduenerit aliqua materia que sit in potentia nō solū ad hāc spēm: que quodāmodo est imaterialis: sed etiaȝ est in potētia ad maiorē q̄ntatē hec etiā erūt maiores ⁊ māles. i. ipse virtutes speciei que sunt in carne ⁊ osse ⁊ hꝰ extendenť in maiorē q̄titatē: sed hoc nō semper potest fieri. qȝ virtus speciei debilitatur cū sit in mā cōtrarietati subiecta per cōtinuā actionē ⁊ passionē ⁊ per adiūctionē māe extranee que nō ita recipit vtutē speciei: sicut ꝑus erat. ¶ Quādo ergo nō hoc amplius virtus speciei facere potest: vt scȝ tātū cōuertat de nutrimēto qđ fit in potentia nō solum ad spēm: sed ad maiorē q̄titateȝ: nec etiā ad equalem tunc fit diminutio q̄titatis: ⁊ tamē cōseruať species in q̄ntate minori ⁊ finaliter etiā species cessat: sicut si aqua magis, ⁊ magis vino misceatur fiet vinū aquatū et finaliter corrumpeť vinū: ⁊ fiet totaliter aqua. T. c. 41. T. c. 28.

Quoniam autē oportet primuȝ de materia ⁊ de vocatis elementis dicere: siue sint: siue non: ⁊ vtrum sempiternale vnūquodq;: aut generatur qualiter: ⁊ si generatur vtrum ex inuicem generentur omnia eodem modo: aut si aliquod primū 3.

corꝫ vnū est. Necē est vtiqꝫ prius dicere de quibus idetermīnate dicitur nūc.

¶ Postqꝫ phs determinauit de gnatione ⁊ corruptione in cōi ⁊ de alijs sequētibus.s.de augmētatiōe ⁊ alteratiōe:icipit determiare de quibusdā que ad hec requirunt̄. ¶ Et pmo dat itētionē suā.scdo psequit̄ itentū ibi.(Fere qdē) Circa pmū duo facit.pmo determinat itentionē suā.scdo ostēdit necessitatē sue itētionis ibi.(Oēs enim qui elemēta.) ¶ Dic̄ g͂ pmo.ꝙ cuꝫ oporteat dicere de mā͂ circa quā est trāsmutatio elemētorꝫ. ⁊ de ipsis elemētis fm ꝯtrarietates que sunt in eis. vtꝫ.s.sint aut nō:⁊ vtrū vnuꝫ eorꝫ sit sempiternū ⁊ intrāsmutabile: sicut supra dicit Empe. aut generantur:⁊ si generant̄ qualr̄ generant̄.vtrū.s.generantur adinuicē:aut mouent̄:aut est aliqḋ pncipium eorꝫ ex q͂ giantur:⁊ in qḋ resoluunt̄ sicut diuersi dixerūt:vt Democritus/Anaxa.ifinita fm spēm: qꝛ inquā illa determiare debemus oꝫ pus determinare de quibusdā antecedentibus ad illa de qbus dicit̄ idetermīnate nūc. qḋ qdē pōt dupl̄r itelligi.vno modo ꝙ phi sui tpis idetermīnate ⁊ insufficiēter dixerūt de ipsis.alio modo qꝛ de generatiōe indeterminate ⁊ cōfuse dictū est de ipsis. ¶ Deinde cū dic̄.

¶ Omnes enim qui elemēta generantes ⁊ que ex elementis segregatione vtunt̄: ⁊ cōgregatione: ⁊ facere ⁊ pati. Est autē cōgregatio mixtura. Quomodo aūt misceri dicimus:nōduꝫ determinatum est manifeste. ¶ Sed nec alterari possibile nec segregari ⁊ cōgregari:nullo faciente aut patiente. Etenim plura elementa facientes generant:in faciēdo ⁊ patiendo adinuiceꝫ. His quideꝫ ex vno necesse est dicere factionē: ⁊ hoc recte dicit Dyogenes: quoniā si nō eēnt ex vno omnia nec esset facere ⁊ pati adinuiceꝫ. V.g.calidū infrigidari: ⁊ hoc calefieri rursus. Non enim caliditas ⁊ frigiditas trāsmutantur adinuicē:sed manifestū:quoniā subiectū. Quapropter in quibus facere est ⁊ pati: necesse est vnam horum subiectam esse naturam. ¶ Omnia igitur talia esse dicere non veruꝫ:sed in quibus ꝙ adinuicem sunt est. ¶ Sed si de facere ⁊ pati ⁊ mixtura videndum:necesse est ⁊ de tactu. Non enim facere hec ⁊ pati possunt proprie q͂ non possibile adinuicem tāgere:nec non tangētia adinuicē qualiter contingit misceri primuꝫ. ¶ Quapropter de tribus his est determinandū quid tactus:quid mixtura: ⁊ quid factio.

¶ Principiuꝫ autem accipiamus hoc. Necesse enim quibus est mixtura entiuꝫ esse hec adinuicem tangibilia: ⁊ si aliquid facit:hoc autem patitur principaliter ⁊ his similiter:ideo primo dicendum est de tactu.

¶ Ostēdit necessitatē determinādi dicēs ꝙ oēs phi. tāgentes elemēta vel ex elemētis generata vtunt̄ cōgregatiōe ⁊ segregatiōe. ¶ Que enī ex elemētis generātur ex cōgregatiōe elemētorꝫ generant̄:q͂ vero corrūpunt̄ ex segregatiōe elemētorꝫ corrumpunt̄:q͂ etiā dicebāt agere ⁊ pati adinuicē.cū g͂ cōgregatio sit qdā mixtura:oꝫ de mixtura determinare.qualr̄.n.fiat mixtio ⁊ qd sit: nō est adhuc manifeste determinatū.cū aūt nec alteratio nec cōgregatio vel segregatio possint fieri sine actiōe ⁊ passione: oꝫ pus determinare de actiōe ⁊ passiōe:alij.n.qui ponunt plura pncipia dicunt eē generationē p actionē ⁊ passionē elemētorꝫ adinuicē.silr̄ ⁊ illi q ex vno māli pncipio dicūt aliq͂ fieri nec habēt ponere agere ⁊ pati:vñ recte dixit Diogenes cū dixit.ꝙ nisi ex vno māli pncipio fierēt oīa:ipossibile eēt aliq͂ adinuicē trāsmutari. alr̄.n.nō posset caliduꝫ frigefieri nec frigidū calefieri nisi subesset vna mā͂.ipossibile est.n.ꝙ frigiditas sit caliditas vel ecōuerso: ſꝫ oꝫ ꝙ habeāt vnū cōe subꝫ qḋ possint adinuicē trāsmutari. quapp q͂ agūt ⁊ patiunt̄ adinuicē necē est habere vnā subiectā mām:q͂ sit susceptiua ꝯtrariorꝫ. Nō tamē oīa agētia ⁊ patiētia sunt talia.s.habētia vnā mām:ſꝫ solū illa que agūt ⁊ patiunt̄ adinuicem. sunt.n.aliq͂ q͂ agēdo nō patiunt̄ sic sube sepate ⁊ corpa celestia:q͂.s.corpa lꝫ patiāt̄:vtpote q͂ mouēt̄ tn̄ n̄ patiūt̄ ab his q͂ mouēt̄ ab eis. vlteri⁹ āt cū mixtio ⁊ facer̄ ⁊ pati n̄ possint fieri sine tactu:ea q͂ adiuicē nō se tāgūt nō possunt adiuicē agere ⁊ pati:vñ determinādo de ipsis:oꝫ de tactu tractare. Iter ista aūt tria pus determinādu ꝫ de tactu:qꝛ tactus pōr est.seqtur.n.ad ista duo:ſꝫ nō ecōuerso. Nece.n.est ꝙ ista q͂ miscent̄ adiuicē se tāgāt:sed nō ꝯuertit̄. silr̄ si aliqd agit ⁊ patit̄ ab eo:nece est ēt ꝙ ista se tāgāt ſꝫ nō cōuertit̄. Cū ergo pmū sit a quo nō cōuertit̄ ꝯñtia:pmū iter tria dicēdum de tactu. ¶ Deinde cum dicit. huc

¶ Fere quidem igitur ⁊ aliorum nominuꝫ vnūquodqꝫ dicitur multifariam: ⁊ hec quidē omonyme:hec autem altera ab alteris ⁊ prioribus: sic habet ⁊ de tactu. 44

¶ Prosegtur itentuꝫ:⁊ circa hoc tria facit fm ꝙ de tribus determinat.pmo determinat de tactu.scdo de facere ⁊ pati ibi.(Uero de facere ⁊ pati.)tertio de mixtiōe ibi.(Reliquū aūt videdū.)Circa pmū duo facit.pmo distinguit h nomē tactus.scdo icipit agere de ipso ibi.(Sꝫ tamen pncipalr̄.)Dicit g͂ pͦ ꝙ tact⁹ dr̄ multiplr̄:sic fere vnūqḋqꝫ aliorꝫ nominū.qdā.n.dicunt̄ equoce:qdā analogice ⁊ trāsumptiue siue metaphorice:ita ēt tactus dicit̄ pprie ⁊ trāsumptiue. dicit aūt fere: qꝛ forte nō omnia dicūtur multipliciter. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sꝫ tamen principaliter dictuꝫ existit in habētibus positionem . positio autem quibus ⁊ locus. Etenim in mathematicis similiter dandū est tactum ⁊ locum.siue est separatum vnumquodqꝫ eorum:siue alio modo.

¶ Prosegtur de tactu:⁊ pmo de tactu ppe sumpto.scdo de tactu sumpto trāsumptiue ibi(Est qm̄ aut mouēs.)Circa pmū duo facit.pmo iuestigat diffōnem tactus. scdo iuestigatā cōcludit ibi(Determiato igitur.)Circa pmū pōit cōditiones q͂ reqrunt̄ ad tactū.Est autē tactus:vt ifra ponet: in habētibus positionē quorꝫ vltima sunt simul mouētib⁹ ⁊ motis actiuis ⁊ passiuis adiuicem. pmo ergo manifestuꝫ supponit cōcludēs pmā cōditionē.dicēs ꝙ tactus pprie ⁊ pncipalr̄ dictus est in habētibus positionē.positio aūt non est nisi in habētib⁹ locū:⁊ ideo cū mathe͂ͨ.habeāt positionē siue sint sepata fm rem siue fm rōneꝫ tātū:habēt ēt locū. ¶ Nā sic dic̄ Cōmētator sup loco isto:licet mathe͂ͨ abstrahantur ab alijs accidētibus.s.a motu ⁊ mā:ipossibile ē tn̄ ea imaginari sine loco:cuꝫ corpus nāle nō sit in loco nisi ſꝫ suas dimēsiōes:⁊ nō p alia accidētia. locus g͂ iseparabilis est a mathe.corporibus:ipsis tn̄ nō ꝯtingit locus ⁊ tact⁹ nisi p quādaꝫ silitudinē ad nālia.nulla.n.vere sunt in loco nisi nālia ſꝫ eē accepta in qbus sunt mathe͂ͨ.fm eē suū:et nō ēt in ipsis habēt locū ⁊ tactuꝫ nec accipiunt̄ hic fm ab- T.c. 41.

ftractionē ꝫ et ꝫ entiā: q̄2 talis ꝯſideratio nō ē nālis: ſꝫ mathe^ca.
τ iō locus τ tact⁹ ꝯuenit eis ſm ꝙ talia ꝑ poſterius. Scḋo
ibi. (Si ḡ eſt vt determinatuꝫ.) ponit ſm cōditionē. d. ꝙ
T.c. 22. ſi ita eſt vt deñ eſt in. 5. phy. ꝙ tāgere eſt habere vltima ſil'
illa ſe tāgunt q̄ habēt determinatas magnitudines τ poſi
tionē τ quoꝝ vltima ſunt ſil'. τ ita eſt ſcḋa ꝯditio. ſ. hr̄e vlti
ma ſil'. Tertio ibi. (Quā aūt poſitio.) Inueſtigat tertiā cō
ditionē. ſ. ꝙ tact⁹ ē in mouētibus τ motis. d. ꝙ poteſt in ha ē
bētibus locū: τ q̄2 ꝑme dr̄ie loci ſunt ſurſuꝫ τ deorſuꝫ: vt dr̄
T.c. 8. in. 2. de celo. neċē eſt vt q̄ ſe tāgūt ſint ſurſuꝫ aut deorſum
Ideo q̄ ſe tāgūt ſunt grauia aut leuia aut ambo: ſic elemē
ta media q̄ ſunt grauia τ leuia ſꝫ diuerſos reſpectus: vt di
citur in 4° de celo: aut alteꝝ eoꝝ: ſic extrema: quoꝝ alterū
eſt ſimpl'r graue τ alterū ſimpl'r leue. Oīa aūt talia dū tan
gunt ſe agūt τ patiunt̄ adinuicē. ⸿ Quapꝑ cōcludit mani
feſtū eē ꝙ illa ꝑprie ſe tāgūt quoꝝ diuerſe ſunt magnitudi
nes. τ ſil' hn̄t vltima que mouēt τ mouent̄ adinuicē ꝑ virtu
tē illoꝝ vltimoꝝ. Quarto ibi. (Quā aūt mouēs.) Inueſti
gat quartā ꝯditionē q̄ eſt ꝙ tactus eſt in actiuis τ paſſiuis:
τ dicit q̄2 nō oē mouēs mouet̄: ſꝫ qḋdaꝫ eſt mouēs motuꝫ:
quodā aūt mouēs imobile τ hoc dupl'r. aliqḋ. n. ſimpl'r nul
lo modo mouet̄ ſicut mouēs ꝑmū: aliquod aūt mouēs nō
mouet̄ a moto: licet moueat̄ ab aliquo: ſm quorundā exti
mationē agens ēt inuenit̄ in iſtis duobus modis: q̄2 quidaꝫ
dicūt ꝙ actus mouētis eſt qḋdā facere τ ecōuerſo ꝙ act⁹
facientis eſt qḋdā mouere: qḋ tamē falſuꝫ eſt. differūt eni
mouēs τ faciēs quoꝝ dr̄iam oꝫ nos determinare. ſi. n. nos
dicimus ꝙ faciēs opponit̄ ſm ſuam ſpēm patiēti: tunc cuꝫ
ꝯria nata ſint fieri circa idē: oꝫ ꝙ faciēs patiatur cuꝫ tāgat
ipſuꝫ. h̄ aūt ſunt q̄bus motus eſt paſſio. i. q̄bus mouēdo pa
tiunt̄ ſm alterationē aliquā. alteratio aūt ſola ē ſm paſſio
nes. i. paſſibiles q̄litates: vt ſm calidū vel frigidū. cum er
go calidū ꝯriet̄ frido τ albū nigro: τ ſic in aliis duo poſſunt
ꝯcludi. ſ. ꝙ agens τ patiēs habēt ꝯrias q̄litates. Scḋm eſt
ꝙ cū nō omne mouens ſit tale: nō omne mouens eſt agēs:
in plus ḡ erit mouere q̄ꝫ agere. Ex his ḡ q̄ dicta ſunt cōclu
dit corrolariuꝫ qḋdā dicēs ꝙ mouētia imobilia tāgūt ipſa
mobilia. ē aūt vt ſic. eſt aūt vt nō. ſic tāgūt per vltimū vir
tutis egrediētis ab eſſe eoꝝ: ſed nō tangūt per vltimuꝫ ſue
q̄titatis tātū: q̄2 ſi ſunt imobilia ſimpl'r vt ſubē ſepate non
habēt vltimū. ſi vero ſint ab his que mouēt imobilia: ſicut
aſtra nō mouent̄ a terra quā mouēt: τ tunc nō habent vlti
ma ſimul cū vltimis illoꝝ que mouent̄. ⸿ Ad euidentiaꝫ
illoꝝ que hic dicunt̄ cōſiderādū eſt ꝙ agens ſiue faciens
pōt ſumi dupl'r. vno modo cōmuniter. put. ſ. v̄tus alicuius
ꝑcedit quocūqꝫ modo in id qḋ ſubiicit̄ ſibi: τ hoc modo ſu
perius eſt ad mouens. Alio modo poteſt ſumi nāliter. ſiue
phyſice. τ hoc modo in minus eſt q̄ꝫ mouēs τ opponit̄ ſm
ſuā ſpēm patientē. ⸿ Deīde cū dic.

⸿ Si igitur eſt vt determinatuꝫ eſt prius tange
re vltima habere ſimul: hec vtiqꝫ ſi tangunt ad
inuicem quecunqꝫ determinatas magnitudīes
τ poſitionem habentia ſimul habent vltima.

⸿ Quoniam autem poſitio quidem in quibus
τ locus exiſtit. Loci autem differentia ſurſum
τ deorſum prima: τ talia oppoſitoꝝ omnia
ad ſeinuicem tangētia grauedinem vtiqꝫ habēt
aut leuitatem: aut ambo: aut alteruꝫ. Talia au
tem paſſibilia τ actiua. ⸿ Quapropter manife
ſtum eſt: quoniam hec tangere nata ſunt adinui
cē. quoꝝ diuiſis magnitudinibus ſimul vltima
ſunt. exiſtentib⁹ motibus τ mobilibus adinicē.

⸿ Quoniam autē mouens non ſimiliter mouet 45
qḋ mouetur. Sed hoc quidem neceſſe eſt mo
tum: τ ipſum mouere. hoc autꝫ imobile ens.
Manifeſtuꝫ qm̄ in faciente dicemus ſimiliter.
⸿ Etenim mouens facere aliquid inquiunt τ fa
ciens mouere. Sed tamen differunt τ oportet
determinare. Non eniꝫ poſſibile τ mouens oē
agere τ facere: ſi facere opponit̄ patienti. Hoc
autem in omnibus in quibus eſt motus: paſſio
autem eſt ſm ꝙ alteratur ſoluꝫ. verbi gratia. ca
lidum τ albuꝫ. Sed mouere ampli⁹ q̄ꝫ agere ē.
⸿ Illud igitur manifeſtuꝫ eſt quoniaꝫ eſt qui
dem vt motiua imobilia tangunt: eſt autem vt
ſic: eſt autꝫ vt non ſic: ſed determinato tange
re vniuerſaliter quidē: qḋ eſt poſitioneꝫ haben
tiū. Et hoc quidē motiuo. hoc mobili. Adinicē
aūt motiuo τ mobili: in q̄b⁹ exiſtit agere τ pati.
⸿ Eſt quidē igit̄ vt in multū tactū qḋ tāgit tan
gens. Etenim mouēt mota oīa fere: q̄ in ꝯſpectu
nr̄o q̄bus neċē ē τ vī tactū tāgere qḋ tangit.
⸿ Cōcludit inueſtigatā diffōnem tactus dicēs ꝙ determi
nat̄ vel diffinitur ipſum tāgere vl'r ꝙ eſt in habētibus po
ſitionē mouētib⁹ τ motis a ſeinuicē actiuis τ paſſiuis τ ex
hoc cōcludit vlterius qḋdā correlariū ꝙ frequētius τ for
tius dicit̄ eſſe tactū oē agens nāle qḋ tāgendo tangitur: q̄2
fere oīa que ſunt in cōſpectu nr̄o circa locuꝫ actiuoꝝ τ paſ
ſiuoꝝ mouēt mota in quibus neceſſario videtur eſſe tact⁹.
⸿ Deinde cum dicit.

⸿ Eſt autꝫ vt aliquādo inquimus mouens tā
gere ſolum id qḋ mouet̄. Quod tangit̄ autem
non. tangere qḋ tangit. Sed que mouent mota
quia homogenea: neceſſe videt̄ eſſe quod tangi
tur tangere. ⸿ Quapropter ſi quid mouet im
mobile ens: illud quidē tangit quod mouetur:
illud aūt non. Inquim⁹ enim aliquando triſtā
teꝫ tāgere nos: ſed nos nō eū. De tactu qdē igr̄
in naturalib⁹ determinatū ſit hoc modo.
⸿ Determinat de tactu improprie dicto dicens: ꝙ ſicut in
quimus. i. deſt dicimus quoddam eſſe mouens quod ſoluꝫ
tangit id quod mouet̄. ſed id qḋ tangit̄. ſ. ipm̄ motuꝫ non
tāgit tāgens. i. mouens: τ in talibus eſt tactus īꝑꝓe ſum
ptus: τ iſta ſunt que nō ſunt vni⁹ generis phyſici. ⸿ Sꝫ il
la que ſunt homogenia. i. vni⁹ generis nālis mota mouēt.
τ in talibus neceſſe eſt ꝙ tactum tāgat tāgēs: τ ſi eſt aliqḋ
mouens imobile tāgit id qḋ mouet̄: ſed nō tāgitur ab eo τ
eſt ſimile ſicut inquimus. i. dicimus aliqū ꝙ ꝯtriſtans teti
git nos. vt puta nō tetigimus contriſtantē qū aliquis dicit
verbū iniurioſum. vnde ꝯtriſtamur ſed nos nō tetigimus
cōtriſtantem. Ulterius epilogat dicēs ꝙ de tactu in natu
ralibus dictuꝫ eſt hoc modo.

⸿ De facere τ pati dicendum deinceps. Suſce 46
pimus enim a prioribus ſubcontrarios ſermo
nes adinuicem. multi quidem enim dicunt con
corditer: ꝙ ſimile quidem a ſimili omne impaſ
ſibile eſt propter non magis actiuūꝫ q̄ꝫ paſſiuū
eſſe alterum ab altero. Omnia eni ſimiliter exi

stunt hec similibus. Dissimilia autē ⁊ differentia ⁊ facere ⁊ pati adinuicez sunt innata. ¶ Et eniz quādo minor ignis a maiori corrūpitur: ꝓpter ꝯtrarietatē hoc iquiūt pati. Cōtrariū enim esse multuz pauco.

47. ¶ Democritus aūt vltra alios dixit solus singulariter. Inquit eniz idem ⁊ simile esse faciens ⁊ patiens: quia altera ⁊ differentia nō cōtingit pati abinuicē. ¶ Sed si altera entia faciunt aliqd adinuicē: nō ꝫm ꝙ altera: sed ꝫm ꝙ idez aliquid existit. Sic hoc accidere eis. Que dicuntur igitur hec sunt

¶ Postq̄ ph̄s determinauit de tactu ꝙ est vnuz de tribus necessarijs ad ꝑncipale ꝓpositum hic incipit determinare de facere ⁊ pati: ⁊ est rectus ordo: qꝛ sicut tactus ꝓcedit actionē ⁊ passionē eo ꝙ agentia: ⁊ potientia necesse est ꝙ adinuicē se tāgāt ita agere ⁊ pati ꝓcedit mixtionē eo ꝙ admixtionez necesse est ꝙ aliquid agat ⁊ aliqd patiatur vt infra dicetur: ⁊ iō ante mixtionē determinat de agere ⁊ pati. Circa hoc duo facit. ꝑmo determinat de agere ⁊ pati. scđo de modis agendi ⁊ patiēdi ibi. (Quō aūt ꝯtingat.) Circa primū tria facit. ꝑmo ostēdit q̄ ⁊ qualia sunt actiua ⁊ passiua. Scđo determinat de modis eoꝝ ibi. (Eodē mō suscipiendū est.) Tertio ostendit ad quas causas ipsa actiua ⁊ passiua reducātur ibi. (Est eni factio cā vn̄ ꝑncipiū.) Circa primū tria facit. ꝑmo ponit opiōnes alioꝝ de ipso facere ⁊ pati. scđo manifestat ostēdēdo cās ꝯtrietatis ipsius ibi. (Videtur autē hoc modo.) tertio ponit opionē suā ibi. (Sed qm̄ nec q̄dcūq3 inatuz est.) Circa ꝑmū ponit vnaz opinionē dicēs ꝙ postq̄ determiatū est de tactu dicēdū est de facere. ⁊ pati ꝑus tamē videnduz est qd de ipso dixere ꝑores ph̄i. videnť .n. eoꝝ opiniones de fa. ⁊ pati esse cōtrarie. nā multi cōcordauerūt in hoc ꝙ ea que agunt ⁊ patiunť adinuicē necesse est penitus esse dissimilia. Cuius rōnē assignabant dicētes ꝙ iter similia: vnū nō habz magis rōnē agentis q̄ aliud nec ecōuerso. vn̄ nō hz magis rōnē patiētis q̄ aliud. oia .n. ħ .s. agere ⁊ pati silr̄ in eodē mō isunt his q̄ sunt silia. sz illa q̄ sunt dissimilia ⁊ differūt in formis ⁊ q̄litatibus nata sunt agere ⁊ pati adiuicē. ¶ Siquis aūt obijceret ꝯ eos .d. ꝙ similia ⁊ agunt ⁊ patiuntur adinuicē: sicut multus siue magnus ignis corrūpit paruū ignē: qꝛ sunt similes ⁊ vnius nāe. ¶ Rn̄dent ꝙ hoc nō est ꝓpter similitudinē quaz habēt: sz est ꝓpter ꝯtrietatē in q̄ttitate ipsoꝝ. magnū eni cōtrariať paruo. ¶ Scđo cū dicit (Demo. āt) ponit aliā opinionē que ꝑme videť eē ꝯtraria: ⁊ est opinio Demo. qui in hac opinione fuit singularis ⁊ solus. Dixit eniz ꝙ agens ⁊ patiens est oīno idē ⁊ simile: qꝛ q̄ sunt diuersa ⁊ dissimilia. nec agunt nec patiunť adinuicē: sz si cōtingat ꝙ aliqua diuersa ⁊ dissimilia agāt ⁊ patiantur adinuicē. hoc nō est inq̄ tū diuersa: sz inq̄tum aliquo mō sunt idē ⁊ silia. hec ġ sunt q̄ accepimꝰ ab antiqs de ipō facere ⁊ pati. ¶ Deīde cū dic.

48. ¶ Videntur autē hoc modo dicentes subcōtrarios dicere sermones. Causa autē cōtradictionis est: quoniā opportunū totū aliquid inspicere partē aliquā dicunt ambo. ¶ Simile eniz ⁊ omnifariā ⁊ oīno idifferens rōnabile est nō pati a simili. Nihil quidē enim magis actiuuz erit alterū q̄ alterū. ¶ Sed si simile a simili pati aliquid possibile: ⁊ ipsuz a seipso. Quānis his entibus ita: nihil vtiq3 erit neq3 incorruptibile: neq3 imobile. Sed si simile ꝫm ꝙ simile actiuum. Ipsum enim seipsum mouebit omne.

¶ Et omnifariaz alterū: ⁊ nullatenus idez similiter. Neq3 enim patietur albedo a linea: aut linea ab albedine preterq̄ secūduz accidens: puta si accidat albaz siue nigrā lineaz esse. Non exterius eniz ipsa seipā a natura faciunt quecunq3 neq3 cōtraria: neq3 ex cōtrarijs sunt. 49

¶ Manifestat ꝑmas opiniōes ostēdendo cām ꝯtrietatis in ipsis. d. ꝙ antiqui philosophi videnť dicere subcōtrarios sermones: qui iō dicunť subcōtrarij: qꝛ quodāmō sunt veri: ⁊ quodāmō falsi. vn̄ aliqualr̄ ꝯpatiunť se adinuicē: sicut cōtrarie ꝓpositiōes. causa autē diuersitatis ⁊ cōtrarietatis istaꝝ opinionū est: qꝛ cū oporteat cōsiderare nām actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ ex vtraq3 pte. s. tā ex parte terminoꝝ q̄ ex parte subiecti siue tā ex parte mãe q̄ ex pte forme: qđ idē est: cōsiderauerūt tm̄ vnā ptem. ⁊ iō in parte verū dixerunt: ⁊ in parte falsuz. ꝑmi .n. qui dixerūt actiua ⁊ passiua oīno dissimilia ꝯsiderauerūt ea tm̄ ex pte terminoꝝ siue formarū ⁊ in hoc bene dixerūt: qꝛ nō est cōueniēs ꝙ oīno sile in mã ⁊ in forma patiať ab oīno sibi simili in mã et in forma: qm̄ sic antiqui dicebāt nullū corpꝰ est dignius agere in alteruz q̄ alterū: alia ēt rōe iducebanť ad hoc, ponēdū: ꝙ si simile agit in simile: et vbi maior silitudo magis ibi est rō actiōis ⁊ passionis. Sed cū nihil sit similius alteri q̄ idem sibiipi idem a seipso patietur ⁊ seipsum corrumpet. nihil ergo icorruptibile nihil immobile erit. Qui vero dixerunt actiua ⁊ passiua esse similia: cōsiderauerunt ea solū ꝫm mãz: ⁊ q̄tū ad hoc bene dixerunt: qꝛ id qđ est ꝓio alterū: ⁊ nullatenus idem nō aget in alterū nec patietur ab eo. ipossibile est enī ꝙ ea que nō cōicant in mã agāt ⁊ patiātur mutuo: ⁊ ponit exemplū de linea ⁊ albedine que cū nō cōicant in materia ipassibilia sunt adinuicē: nisi forte per accidēs adinuicē patiantur: sicut qn̄ linea fit alba vel nigra: ⁊ ꝙ talia nō sint adinuicez actiua ⁊ passiua pz ex hoc ꝙ illa que nō sunt ꝯria nec ex cōtrarijs nō faciūt seipsa adinuicez exterius a natura. i. nō trāsmutant se adinuicez vel corrūpunť. Cuz .n. illud qđ corrumpiť vel generatur īduat aliam formā diciť fieri exterius a natura. i. a forma quā ꝑus habebat que dr̄ natura vt diciť in 2ꝰ phy. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed quoniaz non quodcūq3 īnatuz est pati ⁊ facere: sed quecūq3 aut cōtraria sunt: aut contrarietatem habent. Necesse est patiens ⁊ faciens genere quidē simile eē ⁊ idez: specie autez dissimile ⁊ contrariuz. ¶ Innatuz est eniz corpus a corpore: sapor a sapore: color aūt a colore pati. Uniuersalr̄ aūt homogeneos ab homogeneo. 50.

¶ Huius autez causa quoniā contraria in eodez genere omnia. faciunt aūt ⁊ patiuntur cōtraria abinuicez. ¶ Quapropter necesse est qualr̄ quidem esse eadē faciens ⁊ patiens: qualiter autez altera ⁊ dissimilia abinuicē. Quoniā aūt faciēs ⁊ patiens genere quidē eadē ⁊ similia sunt: specie autē dissimilia. Talia aūt contraria. Manifestum quoniaz actiua ⁊ passiua sibiinuicē sunt ⁊ contraria ⁊ media. ¶ Eteni vniuersaliter generatio ⁊ corruptio in his ⁊ ex his. Et ideo rationabile iam ignē calefacere: ⁊ frigiduz infrigidare. Cōtraria eni hec sūt: ideo ⁊ actiua ⁊ pas- 51.

sua. Et vniuersaliter faciens assimilare sibiipsi patiens. faciens enim ⁊ patiens contraria sunt ⁊ generatio in contrarium. Quapropter necesse est in faciens patiens transmutari. Sic enim generatio in contrarium erit.

¶ Ponit opinionẽ ꝓpriã. ⁊ circa hoc duo fač. q2 p̃mo ponit eã. scd̃o redit iteruʒ super opiones antiquoꝝ ostendẽdo ꝙ in parte bene dixerũt ⁊ in parte errauerunt ⁊ cãm erroris ipsoꝝ ibi. (Et ẜm rõnem nõ eadeʒ dicẽtes.) ¶ Dicit g̃. ꝙ q2 nõ q̃cũq3 apta nata sunt agere ⁊ pati adinuicẽ: s3 soluʒ illa que sunt cõtraria vel habẽt contrarietateʒ necesse est ꝙ agẽs ⁊ patiẽs in genere sint ideʒ ⁊ similia ⁊ diuersa spẽ ⁊ cõtraria: ⁊ nõ sumitur hic genus logice: q2 hoc mõ alia corpora eẽnt eiusdẽ generis: s3 sumitur gen⁹ nãliter: ⁊ hoc modo oĩa q̃ cõicant in mã sunt eiusdẽ generis. ¶ Qr autẽ actiua ⁊ passiua sint talia dupl'r ꝓbat. p̃mo ꝑ inductionẽ dicẽs ꝙ agẽs ⁊ patiẽs esse eiusdẽ generis ⁊ diuersa spẽ p3 ĩducendo in singulis. corpus enim natuʒ est pati a corpore: qð ẽ eiusdẽ generis in substãtia. si tamẽ cõicẽt. qð dico ꝓpter corpora celestia que nõ habent eandẽ mãm cũ iferioribus. Sapor aũt nat⁹ est pati a sapore: ⁊ color a colore que sunt eiusdẽ generis in qualitate. ⁊ vniuersal'r res eiusdẽ generis ab homogeneos .i. a rebus nãlibus eiusdeʒ gnĩs. ¶ Scd̃o ibi. (Qđ aũt causa.) Ostẽdit idem sil'r sic. quecũq3 agunt ⁊ patiuntur adinuicẽ sunt 9ria: aũt sunt in eodẽ genere: vt ꝓbatur in .10. meta. ergo actiua ⁊ passiua sunt in eodeʒ genere. ¶ Et ideo necesse est ipa eẽ qual'r .i. quodãmodo esse silia. q2 eadẽ ⁊ similia genere ⁊ qual'r .i. quodãmodo altera ⁊ dissimilia specie: vt dixerũt antiqui. hãc aũt rõnẽ cõuertit de cõclusione faciẽs alterã premissarũ hoc modo. hãc rõnem illa que sunt similia in gñe ⁊ diuersa specie sunt cõtraria s3 actiua ⁊ passiua sunt talia. g̃ sunt cõtraria: ⁊ ẽt ipsoꝝ media que ad extrema comparata quodãmodo cõtrariant̃. si ergo ẜm istã viam poterit esse generatio ⁊ corruptio ꝙ fiunt soluʒ per cõtraria: sic ẽt ignis poterit calefacere: ⁊ friduʒ infrigidare: ⁊ vniuersal'r faciẽs poterit sibi assimilare patiẽs: cũ habeat vnum cõmune subm̃ susceptiuum cõtrarioꝝ. faciẽs eni ⁊ patiẽs sunt 9ria: ⁊ faciẽs poterit trãsmutari in patiens ⁊ ecõuerso. sic .n. fit gnõ ⁊ corruptio .s. de 9rio in cõtrarium. ¶ Deinde cum dicit.

52. SEcundum rõnem autem non eadem sunt dicẽtes: ambos tamẽ est tangere nãʒ. Dicimus eni pati quãdoq3 subiectum quidem. V. g. sanari hominẽ: ⁊ calefieri ⁊ infrigidari: ⁊ alia eodẽ mõ. Quandoq3 autem calefieri frigidum: sanari autem laborans. Ambo aũt sunt vera. Eodem modo ⁊ de faciente: quandoq3 autẽ calefacere hoĩeʒ inquimus: quandoq3 auteʒ calidum. ¶ Est quidem enim vt materia quod patitur: est autẽ vt contrarium. ¶ Ad id quidẽ igitur respicientes idem oportere habere existimauerunt facere ⁊ pati. Ad alterum autem contrarium.

¶ Redit ad ꝑdictas antiquoꝝ opiones. ostẽdẽdo cãm cõtrarietatis ipsoꝝ: qð quidẽ supra licet ideʒ fecerit: nõ sic tñ aperte manifestauit. ¶ Dicit g̃ ꝙ antiqui ph̃i sibiuniuicem 9tradicere videntur nõ eadẽ dicẽtes. q2 nõ habuerũt eandẽ rõnẽ .i. 9sideratonẽ. vtraq3 tamẽ pars tetigit nãm actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ. vel ẜm aliã lr̃aʒ ambo tetigerunt verum. ¶ Dicimus eniʒ aliqñ pati subm̃: sic quãdo dicim⁹ hoiem sanari vel calefieri vl' ifrigidari: ⁊ iõ Demo. soluʒ respiciẽs ad subm̃ dixit actiua ⁊ passiua eẽ silia: ⁊ in hoc bñ dixit. dicimus .n. aliqñ ⁊ 9rium pati sicut calidũ frigefieri ⁊ friduʒ calefieri: ⁊ iõ etiã alij solũ terminos ĩuentes dixerũt ipsa actiua ⁊ passiua esse oĩno dissimilia.

¶ Eodem modo suscipiẽduʒ est de facere ⁊ pati quo ⁊ de moueri ⁊ de mouere. Dupl'r enim dicitur ⁊ mouens. In quo enim est principiuʒ motus videt̃ hoc mouere. principiuʒ .n. prima causarũ. Et rursus vltimuʒ ad id qð mouet̃ ad generationẽ. Sil'r aũt ⁊ de faciente. Eteniʒ medicum sanare dicimus ⁊ vinum. ¶ Primum igitur mouens nihil prohibet in motu quidẽ immobile esse: in quibusdam autem est ⁊ necessarium. Ultimum autem semper mouere motuʒ In actione autem primuʒ quidem impassibile: vltimum autẽ ⁊ ipsum patiens. 53.

¶ Postq̃3 ph̃s determinauit nãm actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ ostẽdendo que ⁊ qualia sint: hic ĩquit de modis eoꝝ: ⁊ p̃mo distinguit agẽtia abinuicẽ. scd̃o assignat cãʒ diuersitatis ipsorũ ibi. (Quecũq3 aũt nõ habẽt.) Dicit g̃ p̃mo ꝙ suscipiendũ est ꝙ facere ⁊ pati dicunt̃ multipl'r sic mouere ⁊ moueri: vtrũq3 .n. dicit̃ dupl'r. sic mouens: qñ in vtroq3 est p̃mũ ⁊ vltimũ. id .n. est p̃mũ mouẽs in quo est p̃mũ p̃ncipiuʒ motus: qð verissime mouere videt̃. p̃ncipiuʒ .n. mouẽdi ẽ prima cã cãrũ virtutem habẽs mouẽdi a seipso nõ ab alio. vltimũ aũt mouẽs est id qð mouet per aliud: ⁊ post qð nõ est aliud mouẽs: s3 post ipm̃ est solũ id qð mouet̃ ad gnõneʒ. siliter aũt duplex est faciẽs. qðdam p̃mũ: sic medicus q est p̃ma causa sanitatis: ⁊ qðdã vltimũ: sicut vinũ vel potio q̃ etiã est causa mouẽs ad sanitatẽ. Inter hec aũt duo mouẽtia hec est differẽtia: q2 p̃mũ mouẽs potest esse ĩmobile sic medicus qui nõ mouetur ab aliquo dũ sanat nisi forte per accidẽs. In quibusdã tñ necesse est p̃mũ mouens esse oĩno ĩmobile: sicut in his q̃ sunt oĩo sepata a mã et hoc dupl'r: q2 vel est oĩno ĩmobile: si nullaʒ habeat mãm penitus: aut est ĩmobile ab eo qð mouet̃ ab ipso: ⁊ hoc qñ nõ h3 eiusdẽ rõnis mãm cũ eo qð mouetur. vltimũ aũt mouẽs: post qð nõ est aliud nisi id quod mouetur tãtum: necesse est semꝑ mouere motũ ab eo p̃ore. ¶ Et simil'r est in actione: q2 quoddaʒ est agens p̃muʒ: qð est ĩpassibile: ⁊ quoddam agens ꝙ patitur. ¶ Deĩde cuʒ dič.

¶ Quecunq3 autẽ non habent eandem mãm faciunt impassibilia entia. V. gratia. medicatiua. Ipsa enim faciens sanitateʒ nihil patitur a sanato: cibus autẽ faciens ipse patitur etiaʒ. Aut .n. infrigidat̃: aut calefit: aut aliud quid patitur sil' faciens. est autẽ medicatiua quidẽ vt principiũ: vltimũ auteʒ cibus est ⁊ tangens.

¶ Quecunq3 quidem igitur non in materia habent formã hec quidẽ impassibilia sunt actiuorũ. Quecunq3 aũt in materia passiua. Materiã quideʒ eniʒ dicimus omnes similiter eãdeʒ: vt ita dicã esse oppositorũ cuilib3: ⁊ vt genus ens: potens autẽ calidu3 esse: presente calefaciente: ⁊ approximante necesse est calefieri. ¶ Iõ quẽadmodum dictum est hec quidem impassibilia actiuoꝝ. hec autẽ passibilia: ⁊ quemadmodum in motione: eodem modo h3 ⁊ in actione. Illud 54.

eni primitus mouens imobile: ⁊ in factiuis primitus faciens impassibile.

¶ Assignat cām diuersitatis ipsoꝝ. d. ꝙ causa quare quedaꝫ agens est qd̄ agēdo patitur: quedaꝫ aūt nō: est ista: qꝛ q̄dam nō habēt eādeꝫ māꝫ: ⁊ talia agentia faciūt vel agūt entia passibilia. i. ipsis nō patiētibus ab his in que agūt. verbi. g. medicina faciēs sanitatē nihil patitur a sanato: qꝛ nō cōicat cū eo in mā: q̄dā aūt habēt eādē māꝫ. sicut cibus vl' potio: ⁊ id quod sanatur: ⁊ ideo cibus agendo patitur: qꝛ aut calefit aut infrigidatur. Inter hec aūt duo agētia. s. medicinaꝫ ⁊ cibū. medicina est pncipium in quo pmo est actio. Cibus autē est agēs vltimuꝫ quod agit per tactū. Quecūqꝫ igitur agētia nō habēt eādem formā in materia que sit eiusdē generatiōis cū passibilibus hec cū sint de numero agētiuꝫ siue actiuoꝝ sunt ipassibilia. Quecūqꝫ aūt habēt formam in materia eiusdē rōnis agēdo patiūtur: subiūgit ad hoꝝ declaratiōeꝫ que dicatur materia vna aliquoꝝ: ⁊ dicit ꝙ dicitur esse vna mā cuilibet q̄ est susceptiua contrarioꝝ q̄ licet sit vna subiecto. differūt tñ ꝫ esse ⁊ ꝓpter hoc dixit: vt ita dicā. Et ipsa mā dicit' vt genus. nō q̄dem p̄dicabile: sed dr̄ genus ꝫm ꝙ genus dr̄ subm pmū qd̄ substat duobus ꝯrijs aūt pluribus. ꝯrioꝝ aūt vnū est in actiuo. alterū est in passiuo: ⁊ iō vna mā est actiui ⁊ passiui. ¶ Et qd̄ ꝑ naturaꝫ potest esse calidū necessario calefit qn̄ appropinquat caliduꝫ calefaciēs ipsum. hoc ergo qd̄ dictū est causa quare quedā agētia sunt passibilia ⁊ q̄dam ipassibilia. ¶ Et sic dictū est i motione ita dictuꝫ est in actiōe: qꝛ sicut in mouētibus primuꝫ mouēs est imobile. in effectiuis pmū efficiēs est ipossibile. ¶ Deinde cum dicit.

55. ¶ Est enim factio cā vt' vnde principiuꝫ motus Cuius autē gratia non actiuum. Nā sanitas nō factiuuꝫ est: nisi ꝫm metaphorā. ¶ Eteniꝫ hoc quideꝫ faciente quādo existit generatur aliquid patiens. Habitibus autē presentibus nō adhuc generatur aliquid: sed est iam. spēs autē ⁊ finis habitus quidā. Materia aūt ꝫm ꝙ materia passiuuꝫ. ¶ Ignis quidē igitur in materia habet calidum. Si autem aliquid separatū caliduꝫ erit: hoc nihil pateret. hoc q̄dem igitur forsitan impossibile separatum esse. Si autē sunt quedam talia in illis vtiqꝫ erit verū qd̄ dicitur. ¶ Quid quidem igitur facere ⁊ pati: ⁊ in quibus existit: ⁊ q̄re ⁊ quomō determinatū sit hoc modo.

¶ Ostēdit ad quā cām reducatur agēs ⁊ ad quā patiēs. dicens ꝙ agēs est vnū pmū pncipiū motus ⁊ est diuersum a causa formali ⁊ finali: ⁊ nō dicit' finalis: nisi ꝫm metaphoram. ¶ Et ꝙ nō sit formalis nec finalis. sic ꝓbat. qꝛ quando faciēs est ꝫm actū faciēs: tūc aliqd gn̄atur in patiente. ¶ Sed talibus habitibus siue formis: sic est sanitas q̄ est finis operationis medicine pñtibus nō generatur aliquid nec fit sed iam est: spēs eni ⁊ fines sunt habitus q̄dā quescentes. nā habito fine quiescit motor. ¶ Scdo cū dic. (materia aūt.) ostēdit ad quā cām reducat' patiēs. d. ꝙ reducit' ad materiam: qꝛ materia ꝫm ꝙ materia passiua est. ⁊ ideo que patiunt': patiunt' per materiā: que aūt sunt actiua ⁊ passiua habēt spēm in materia: sicut ignis hꝫ sic caliduꝫ in materia. si aūt esset aliqd̄ calidū sepatū a materia h' nihil pateretur: sed forsan ipossibile est eē aliqd tale sepatū: licet q̄dā dixerūt. si aūt aliq̄ sint talia q̄ sint a materia sepata: in illis verū est qd̄ dr̄. s. qd̄ nihil patiunt': ſꝫ de hoc in pma ꝓhia locus erit determiare. ex hoc manifeste pꝫ ꝙ ois potētia passiua ⁊ omnis passio est ꝑ materiā. ⁊ ois actio est per formā. vltimo epilogat ⁊ est planū in littera.

Quomodo autem contingat hoc accidere rursus dicamus.

¶ His quideꝫ videtur pati vnūqdꝫ per quosdā poros ingrediente faciente vltimo ⁊ principali. Et hoc mō videre ⁊ audire nos iquiūt: ⁊ ꝫm alios sensus sentire oēs. 56.

¶ Amplius videri per aereꝫ ⁊ aquā: ⁊ per trāsparentia quia poros habent iduisibiles: nisi ꝓpter paruitatem: spissos autem ⁊ ꝫm ordinem ⁊ magis habēt transparentia magis.

¶ Postqꝫ phs determiauit de natura actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ: ⁊ de modis coꝝ: ⁊ ostēdit ad quas causas reducātur. h' determinat de modis agēdi ⁊ patiēdi quō. s. contingat agere vel pati: ⁊ pmo ꝫm opinionē alioꝝ. scdo ꝫ opinionē ꝓpriā ibi (Quo aūt mā existit.) ¶ Circa pmū duo facit. pmo ponit opiniones alioꝝ. scdo reprobat eas ibi (Ut aūt parum disgrediētes.) ¶ Circa pmū duo facit. pmo ponit opiniones alioꝝ. scdo ꝯparat eas adinuicē ibi (Leucippus autēꝫ extimat'.) ¶ Circa pmuꝫ duo facit. pmo ponit opiniones alioꝝ in gnāli. ¶ Scdo in spāli ibi. (Dr igit' in q̄busdaꝫ.) ¶ Dicit g̃ pmo ꝙ dicēduꝫ est rursus quo cōtingat agere ⁊ pati. ¶ Dicit aūt rursus: qꝛ iam dixit quedā modū actiōis ⁊ passiōis i genere: nūc descēdit ad spāles modos sumptos ex parte actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ. s. qualr' veniat agēs ad patiēs vt iprimat ei suā formā ꝑ quā itendit ipm patiēs trāsmutare. circa hoc aūt fuerūt diuerse opiones. Quibusdā. n. visū fuit ꝙ vnūquodqꝫ: qd̄ patitur: patitur per quosdam poros qui sunt in ipo patiēte: per quos ipsum agēs: qd̄ est ꝓximuꝫ patiēti: igreditur in patiēs per illos poros ⁊ vndiqꝫ ꝯtingit ipm ⁊ vndiqꝫ patitur potiēs: ⁊ nō in vno loco tm̄. ¶ Et per hunc modū dicūt ꝙ videmus ⁊ sentimus ꝫm alios sensus oēs: qꝛ. n. ꝫm eos visus ⁊ auditus effundunt' super visibile ꝑ medis. ¶ Ideo dixerunt ꝙ per poros illoꝝ corpoꝝ que sunt media sensuū videmus ⁊ audimus. dicunt ēt ꝙ iō plis videmus per aerē ⁊ aquā ⁊ per alia corpora diafana: sic est vitrum: ⁊ cristalluꝫ: qꝛ illa corpa habēt plures poros alijs: qui pori sunt iuisibiles ꝓpter paruitatē: sed magis spisse positi ⁊ melius ordinati: qꝛ directi: ⁊ ideo videt' melius ꝑ trāsparens visus. si regrit rectā lineā per quā videat: ⁊ qꝛ magis transparēs habꝫ poros spissiores ⁊ directius ordiatos: ideo quāto fuerit magis trāsparēs tāto per ipsum melius videmus. ¶ Deinde cum dicit.

¶ His igitur in q̄busdā determinauerunt ita quēadmodum ⁊ Empedocles: non solum in faciētibus ⁊ patientibus: ſꝫ ⁊ misceri iquiūt ea quoꝝ pori adinuicem sunt cōmensurabiles.

¶ Ponit opiones eoꝝ in spāli. ⁊ diuiditur in tres partes ꝫ tres opiones. ⁊ pmo ponit opionem Empe. d. ꝙ quidā magis ad spēꝫ descēdētes dicūt ipsos poros nō solū in actiuis ⁊ passiuis: sed etiā illa dicūt adinuicē bñ admisceri quoruꝫ pori sunt cōmēsurabiles vt vnū in aliud igredi possit: ita ꝙ plīn vni' sit in plīmo alteri' ⁊ ecōuerso. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Compendioseautēꝫ maxime ⁊ de omnibus vno sermone determinauerūt Leucip. ⁊ Democrit' principiū faciētes ꝫm naturā. 57.

¶ Ponit opinionē Leucippi ⁊ Demo. d. ꝙ breuiter ⁊ cōpēdiose dicimus vno ēt simili sermōe dixerunt Leuci. ⁊ Democrit'. Ambo. n. posuerūt pncipium: qd̄ est ꝫm nāꝫ. ꝑ ipm. n. sicut ifra dicit': reddebāt cām gn̄ōis ⁊ corruptōis: ⁊ ad

sensuz apparētia cōfitentur: z ideo dicitur sm̄ nām magis q̄ positio alioꝝ qui de naturis rerū per sua pncipia causas assignare nō possunt. ¶ Deide cū dic.

¶ Quō e: quidam enim antiquoꝝ opinati sunt ex necessitate esse vnum omne z imobile. Vacuū qdē .n. nō ens: moueri autē nō posse non ente vacuo separato. Neq̄ rursus multa eē nō ente segregante.

58. ¶ Hoc eni nihil differt: vt si quis existimet nō cōtinuū esse omne: sed tangere diuisuz z fore multa z nō vnum esse z vacuum. ¶ Si eniz vbiq̄ diuisibile nihil esset vnuz: quapropter neq̄ multa: sed vacuum omne. Si aūt tuz diuisibile quidem: tuz autē non: fictitium aliquod hoc vtiq̄ videbitur. Usq̄ q̄tum eni z propter quid hoc quidem habet ita esse totale: z plenum est: hoc autem diuisum. ¶ Amplius autē z sic fore necessarium non esse motionem. ¶ Ex his igitur vtiq̄ sermonibus trāscēdentes sensuz: z despicientes eū enunciāt: ac si conueniēs rōnem seq̄: vnum z imobile omne esse dicunt. Et infinituz quoddam: finē eni finire vtiq̄ ad vacuū. Hi quo ppter causas has enunciāt ita de veritate.

59. ¶ Amplius autē in sermone videtur hoc qdē cōtingere: in rebus autē demētie est simile opinari ita. Nullū eni demētiuz egreditur intantū: vt ignē z glaciē vnum eē existimet s₃ soluz bona z apparētia propter assuetudinē hec quibusdā nihil videntur differre propter dementiam.

¶ Ponit opinionē pme z mellissi qui opinati sunt esse tantū vnum pncipium z illud esse imobile z ↄtinuum. Q₂ aūt sit imobile sic pbabāt. mot⁹ nō pōt esse nisi sit vacuū. s₃ vacuū nō est. g̊ motus non est. g̊ est tm̄ vnū z imobile. Q₂ vō sit tm̄ vnuz sic pbabāt. multa nō possunt esse nisi sit aliquid separans z diuidēs ea. nihil aūt pōt esse segregās z diuidēs nisi vacuū sed vacuū nō est. g̊ nō possunt esse multa segregata z sic oīa vnū sunt: z q₂ posset dici eis q̄ multa sunt se tāgētia: ita q̄ iter ea nō sit vacuū segregans. dicunt q̄ hoc nihil differt: q₂ cōtinuū z contanges idem dicebāt esse. nāz sm̄ eos cōtinui partes se cōtangebāt. ¶ Dixerūt etiaz q̄ nihil differt q̄ sint multa: z q̄ nō sit vnū: z q̄ dicat esse vacuū: q₂ cōtinuū z cōtiguuz sunt idē sm̄ istos. nec multa sunt nisi sint diuisa: z q̄ nō diuidebantur nisi per vacuū: sed non est vacuum. g̊ nec multa sed omnia continua. ¶ Si enim dicat q̄ ens vbiq̄. i. in omni puncto sit diuisibile. tunc potest dici q̄ nihil sit vnū: sed multitudo cōponit ex multis vnis. g̊ nec multitudo erit. g̊ totum erit vacuum. ¶ Si aūt dicat totū eius esse cōtinuū. tuz qdē. i. sm̄ aliquid esse diuisibile: tum aūt no. i. sm̄ aliquid esse idiuisibile. hoc vtiq̄ videbitur esse ficticiū: cu nō sit magis ratio: quare in vno puncto diuidatur q̄ in alio. vsq̄ ad q̄tum enim erit diuisibile: ita q̄ ibi iret diuisio. ¶ Et quare aliqd de vniuerso ita se h₃ qō diuiditur z separatur per vacuū: aliud autē se habet qō est plenum: z nō diuiditur: ita q̄ vnum ab alio separetur p vacuum: z nō videtur bonū posse ratio assignari. Amplius autez sequitur ex necessitate q̄ nihil mouebitur per istas rōnes. g̊ transcenderūt z dimiserunt sensum z ea que per sensum apparēt: opinātes q̄ magis debemus sequi rōnem q̄ sensuz. Q₂ autē totū ens sit īfinitū sic pbabāt si ens finitur aut finitur ad plenū aut ad vacuū. s₃ ad plenū nō potest finiri: q₂ plenū est ens. idem eni finiretur ad seipm vel eadem rōne illud plenū finiret ad aliud plenuz: z sic esset abire in īfinitū. g̊ oportet q̄ finiatur ad vacuū: sed vacuuz nō est. g̊ ad nihil finitur. ergo oportet q̄ ens sit īfinituz. isti ergo ppter tales causas sic enunciauerūt de veritate. Adhuc in sermōe per ipsoꝝ rōnez sophisticā videtur hoc sequi qō dictū est: nō tamē in rei veritate cōtingit. Si aūt res ipse inspiciant demētie videtur esse simile dictū eoꝝ. ¶ Nullus eni demens intantū egreditur a iudicio veritatis: q̄ dicat ignē z glatiē eē vnū qō illi dicebāt ponētes omnia eē vnū: licet aliquis ppter cōsuetudinē vel ppter apparentiaz putet mala in senibus esse bona. hoc eni quibusdā ppter dementiā accidit. vnde aliquādo iter bona z mala nullā differētiā esse putant. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Leucippus autem existimatus est habere sermones qui ad sensuz confessa dicentes. non. r. destruebat generationem: neq̄ corruptionem: neq̄ motum: neq̄ multitudinem entium. Confitebatur autē ea que apparētibus. Cōstituentibus aūt vnū vt nō entē motionē sinō vacuuz facere. Vacuūq̄ nō ens: z entis nihil nō ens īquit esse. Principalr. n. ens plenū est ens. 60.

¶ Comparat predictas opiones adinuicē. Et pmo cōparat opione Leu. z Demo ad opionez parme. z mellissi. scdo cōparat eā ad opionē Empe. ibi (Sed vt Empe.) Tertio ad opionez platonis ibi (Sed z alioꝝ.) Circa pmū duo facit. pmo comparat opionē Leuci. ad opionē parme. z melissi penes cōuenientiā. scdo penes differētiā ibi (S₃ q̄ tale.) Dicit g̊ pmo q̄ Leuci. putauit habere sermones meliores alijs in hoc q̄ cōfitetur ea que sunt manifesta ad sensum. vnde neq̄ destruit gnōnem neq̄ corruptionē: neq̄ motuz neq̄ multitudinē rerū: sed cōfitetur ea que sunt oīa manifesta esse ad sensuz: in hoc tamē dixit eadem cum parme. z melisso ↄstituentib⁹. i. dicētib⁹ q̄ omne qō est: est tm̄ vnū imobile: q₂ dicit q̄ bene seqtur q̄ nō erit motus nisi sit vacuum: sed in hoc differt ab eis: q₂ illi destruxerūt ↄsequēs. idest vacuum esse z concluserunt oppositū antecedentis: scilicet motuz non esse: sed Leucip. ponit antecedens z infert cōsequens. scilicet motū: z ex hoc cōcludit vacuuz eē. vacuum aūt dicit esse sicut pūationē: z ideo simplr est non ens: q₂ non est aliquid entium: sicut nec priuatio: tamē est ens: q₂ est entis: sicut priuatio habitus. vnde plenum dicebat pncipalr ens. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Sed omne qō tale non vnum: s₃ infinita multitudine: z inuisibilia propter paruitatem tumoris. Hec aūt in vacuo ferri: vacuum enim esse. ¶ Et ↄstantia quidē generationē facere. Dissoluta aūt corruptionē: facere aūt z pati s₃ q̄ existunt tangentia. ¶ Scōm eniz id non vnum eē z composita z complicata generare.

¶ Et sm̄ autē veritatē ex vno non contingit generari multitudinem: neq̄ ex vere multis vnū: sed esse hoc impossibile. 61.

¶ Comparat dictas opiniones. Circa p̄iam. d. q̄ licet pncipaliter ens sit plenum: tamē nō omne qō est plenū est vnū sic dixit parme. z mellissus. s₃ sunt multa z īfinita z inuisibilia propter paruitatem sue quantitatis. hec enim sunt que ipsi appellāt athomos sine corpora īdiuisibilia que mouēt

tur in vacuo qđ vacuum ipse Leucipp⁹ dicit esse. Quomõ autẽ fiat gñatio ⁊ corruptio: ⁊ alia q̃ apparent ex istis athomis subiũgit dicẽs ꝙ per ipsorum cõgregatiões ⁊ conglutinatiões fit generatio cũ autẽ diuiduntur fit corruptio. cũ vero vndiq̃ se cõtingũt faciũt actionem ⁊ passionẽ. cũ aũt penetrãt se ⁊ vnum subintrat in alterũ fit augmẽtũ: cũ permutauerint ordinem ⁊ situm tunc fit alteratio: s̃m enĩ ꝙ dicit ⁊ cõfitetur. necesse est ponere nõ esse vnũ solũ ex quo generantur ista composita ⁊ complicata: q2 ex eo qđ ẽ vere vnũ impossibile est fieri multa. nec ex vere multis fieri vere vnũ. ¶ Dicitur aũt vere vnũ qđ oĩo est idiuisibile actu ⁊ potẽtia. vere aũt multa que oĩo distincta sunt nec actu nec potẽtia ꝯiũgunt̃ sic idiuisibilia. ¶ Deĩde cũ diẽ.

¶ Sed vt empedocles ⁊ aliqui aliorũ inquiũt pati per poros: ita omnẽ alterationẽ ⁊ omne pati. Hoc modo generari propter vacuum facta dissolutione ⁊ corruptione. Similiter autẽ ⁊ augmentationem subintrantibus alijs.

62. ¶ Fere autem ⁊ empedocles necesse dicere: vt Leucippus. iquit etenim eẽ quedam solida idiuisibilia aũt: si nõ vbiq̃ pori ⁊ cõtinui sunt: hoc autem impossibile. Nihil. n. aliud solidũ extra poros: sed omne vacuum: necesse igitur tangẽtia quidẽ esse indiuisibilia: media aũt eorum vacua quos ille dicit poros: ita aũt ⁊ Leucippus diẽ de facere ⁊ pati. Modi igit̃ s̃m quos hec qdẽ faciũt: hec aũt patiunt̃ fere hi dicunt̃. ¶ Et de his quidem: ⁊ quomodo dicũt manifestũ est: ⁊ ad eorum positiones quibus vtuntur fere cõfesse videtur contingens. Alijs autẽ minus. V. gr̃a. Empe. quomõ erat gñatio ⁊ corruptio: ⁊ alteratio non est manifestum. ¶ His enĩ erant corpora indiuisibilia prima corporũ formis differentia solum: ex quibus primum componuntur: ⁊ in que vltimo dissoluũtur. Empedocles autẽ alia quidẽ manifestũ: quoniã vsq̃ ad elementa habẽt generationẽ ⁊ corruptionẽ. Ipsorum vero elementorũ quomodo generatur ⁊ corrumpitur coaceruata quantitas: neq̃ manifestum: neq̃ contingit dicere ei non dicenti ⁊ ignis elementum esse.

¶ Comparat opinionẽ Leucippi ad opionẽ Empe. ⁊ p̃mo penes cõuenientiã. d. ꝙ Democritus ⁊ Leucippus dicũt ꝙ res patitur per poros: sicut dixit Empe. ⁊ quidã alij de antiq̃s ph̃is: ⁊ dicũt ꝙ omne pati ⁊ omne alterari hoc mõ generat̃: ⁊ fit qđ fit: ita ꝙ fiat rei dissolutio per ĩterpositionẽ vacui: q2 vacuũ ĩterponitur ipsis rebus: ita ꝙ pars huc pars illuc feratur. simil̃r augmẽtationẽ fieri per subintrationẽ ipsorũ solidorũ athomoꝝ adinuicẽ. Empe. autẽ fere necesse est dicere sicut Leuci. dixit. eẽ scilicet idiuisibilia corpora. ¶ Dicit aũt fere: q2 Empe. nõ cõfitebat̃ expresse esse aliqua corpora idiuisibilia: sed q2 hoc seq̃tur ad opinionẽ eius. ponebat. n. poros in ipsis corporibus ex quibus actio ⁊ passio causabatur s̃m eũ. ¶ Aut ergo illi pori sunt in toto corpore: ita ꝙ nõ sit aliquid mediũ ĩter eos: aut est aliquod corpus solidũ diuidens eos si sunt in toto corpore: ita ꝙ nihil sit mediũ tunc totũ corpus erit vacuũ: qđ est ĩpossibile. necesse est g̃ esse aliquod corpus solidũ extra poros. i. p̄ter poros qđ ipsos diuidat ⁊ distinguat: ⁊ talia corpora necesse est eẽ diuisibilia: media autẽ istoꝝ sunt vacua siue foramina: q̃. s. ille Empe. dicit poros. ¶ Nulla enim vt dicit cõmẽtator est differẽtia ĩter vtrãq̃ opinionẽ: nisi qđ s̃m Leuci. ĩter hec corpora est vacuũ ⁊ apud istos ista foramina sunt plena corporibus subtilibus. ¶ Cõueniunt igit̃ in duobus. s. ĩpositiõe vacuitatis ⁊ positiõe corporis idiuisibilis: ⁊ ideo fere: ita dicit Leucippus de facere ⁊ pati: sicut Empe. ⁊ iõ dicit ꝙ modi agẽdi ⁊ patiendi s̃m vtrosq̃ fere sunt idẽ. Diẽ fere ꝓpter p̄dictã cã. ¶ Scđo cũ dicit. (De his quidẽ.) ponit differẽtia ĩter vtrãq̃ opiõnẽ. d. qđ istoꝝ differẽtia de modis agẽdi manifesta erit ex eoꝝ positionibus sequentibus. Nam Leucip. magis potest dare ex sua opinione causam eoꝝ que manifeste vident̃. Emped. autẽ minus: q2 s̃m eius fundamẽtũ nõ est manifestũ quõ accidat generatio ⁊ corruptio ⁊ alteratio in oĩbus entibus naturalib⁹. sed Demo. ⁊ Leuc. possunt assignare cãm gnõnis ⁊ corruptiõis: nõ solũ mixtoꝝ: sed etiã q̃tuor elementoꝝ ex corporibus idiuisibilibus: q2 s̃m diuersitas istoꝝ corporũ tã simplicium q̃ mixtoꝝ causat̃ ex diuersitate corporum athomoꝝ que differũt positiõe ordine ⁊ forma ⁊ figura: sicut dicit̃ in p̃mo metha. Empe. vero ex sui positiõe nõ põt dare cãm gñationis ⁊ corruptiõis solũ istoꝝ mixtoꝝ vsq̃ ad elemẽta. ponit. n. alia fieri ex quattuor elementis: sed in elemẽtis nõ põt dare cãm gñatiõis ⁊ corruptiõis. ¶ Non enĩ posuit alia elemẽta p̄ora istis q̃tuor elemẽtis. vnde nõ potest dicere ꝓpter quid vel quõ generet̃ ex alijs aut corrumpatur in alia. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Similiter autem aliorum oĩũ: vt in thymeo scripsit plato.

¶ Intantũ differt enĩ vt non eo dẽmodo Leucippo dicat. Quoniam hic quidem solida: hic autem planities dicit indiuisibilia. ¶ Et h quidẽ infinitis terminari figuris indiuisibilium solidorum vnũquodq̃. Hic autẽ terminatis: qm̃ idiuisibilia vtriq̃ dicunt terminata figuris. Ex his itaq̃ gñatiões ⁊ segregatiões ⁊ corruptiones. ¶ Leucippo qdẽ. n. duo modi erant vtriq̃ p vacuũ ⁊ p tactũ. h. n. idisibile vnũq̃dq̃. Platoni aũt s̃m tactum solum: vacuũ. n. nõ eẽ iquit. ¶ De idiuisibilibus autẽ planicieb⁹ diximus in prioribus sermonibus. De indiuisibilibus aũt solidis amplius est dicere. Ideo hoc accidens relinquitur nunc.

¶ Comparat opinionẽ Leucippi ad opionẽ platõis: ⁊ p̃mo penes cõueniẽtiã. d. ꝙ sicut Leuci. potest dare cãm generationis omniũ ex sua positiõe ita ⁊ plato s̃m ꝙ scripsit in thymeo. ¶ Scđo cũ diẽ. (Intãtũ enĩ dr̃t) ponit dr̃iã dicẽs: ꝙ q̃uis Leuci. ⁊ plato ꝯuenıũt in hoc ꝙ vterq̃ posuit indiuisibilia p̃ncipia. tamẽ in tribus differunt. p̃mo quia Leucippus dixit illa indiuisibilia esse corpora. solida: plato autem ea dixit esse superficies. secundo quia figure indiuisibilium corpoꝝ quibus figuratur ⁊ terminatur vnũquodq̃ compositorum sunt infinite. Leuci. sed secundum platonem sunt finite. posuit enim plato figuras triangulares esse primas omnium figurarum que finite sunt. Tertio differunt: quia cum vterq̃ istorũ dicat generationem ⁊ corruptionem fieri per congregationem ⁊ segregationẽ athomorum secundum Leuci. erunt duo modi quibus fit actio ⁊ passio: scilicet per tactum agentis ⁊ patientis ⁊ p vacuũ qđ est porus. s̃m platonem vero erit tantũ vnus mo-

dus.s.cuz tactū ꝛ nō per vacuū. vacuū.n.ſm eum nō eſt de īdiuiſibilibus ſuperficieb⁹ dictū eſt in tertio de celo ꝛ mū. ꝙ autez cōtingit dicere de indiuiſibilibus corporib⁹ relinquatur nunc.

64\. ❡ Ut autē paruz diſgredientes dicamus: neceſſariuz ꝛ īpaſſibile vnūquodqz dicere indiuiſibiliuz. Non eniz poſſibile pati niſi per vacuum ꝛ nullius actiuuz paſſionis: neqz eniz caliduz nec frigiduz opꝫ eſſe īdiuiſibile.

lectio ❡ Poſtqꝫ ph̄s.poſuit opionē alioꝝ.de ꝑncipijs rerū nāliuz ꝛ de modis quibus agūt ꝛ patiuntur adiuicez nūc in parte iſta reprobat eas. ꝛ ꝑmo reprobat opiniones q̄ꝫtuz ad paſſiones eoꝛuz q̄ꝫtum ad poſitionē athomoꝝ que dicebāt eē ꝑncipia.ſecūdo q̄ꝫtum ad modos agēdi quos ꝑa nebant ibi (Quicūqꝫ igitur per poroꝝ.) Circa ꝑmum duo facit.ꝑmo oſtēdit īdiuiſibilia corpora nō eſſe ꝑncipia.ſecundo ꝙ non mouentur a vacuo ibi.(Amplius quidē eſt qꝺ mouet.) circa ꝑ^m^ pōit duas rōnes.ſcꝺa ibi.(Ampli⁹ āt vtrū vna.) Circa ꝑ^m^ ponit duo facit.ꝑ ꝑanit rōnem.ſcꝺo remouet quādaz īſtantiā quā aduerſarij poſſent dare ibi.(Amplius autem īcōueniens.) ❡ Ꝙ ḡ īdiuiſibilia corpora nō paſſint eē ꝑncipia probat īducēdo ad impoſſibile ꝙ cōtradictoria erūt ſimul va: ꝛ hoc tali rōne ſi īdiuiſibilia corpora ſunt ꝑncipia nec agēt nec patienẗ adinuicem. ❡ Itez ſi ſūt ꝑncipia agēt ꝛ patienẗ adiīucē ḡ agēt ꝛ nō agēt: patienẗ ꝛ nō patienẗ: qꝺ ē īpoſſibile. ❡ Circa rōnē iſtā ſic procedit.ꝑmo ꝓbat ꝙ nō agēt nec patienẗ duplici rōne.quarum ꝑma talis ē. Actio ꝛ paſſio fit per vacuum: vt ipſi dicūt. ſꝫ in talibus athomis nō eſt vacuū. ergo nec agūt nec patiuntur.ſcꝺa talis eſt.oē qꝺ eſt cauſa actōis vel paſſiōis eſt durū vel molle vel aliq̄ qualitatū diſpaſiuū: ſed nullū corpus īdiuiſibile eſt tale. ergo nec eſt actiuuz nec paſſiuū. ❡ Scꝺo cuz dicit.

65\. ❡ Quāuis hoc inconueniens ſit ſolū dare circulari figure calidum. Neceſſe eſt enim ꝛ contrarium frigiduz alicui alij adaptare figurarū. Inconueniens autez ſi hec quidē exiſtunt: dico aūt caliditas ꝛ fridiras. Grauitas autē ꝛ leuitas durities ꝛ mollicies non exiſtunt.

66\. ❡ Sed tamē grauius ſm excedentiaz īquit eſſe Democritus vnūqꝺqꝫ īdiuiduū. q̄ꝓpter ꝛ calidius: talia aūt entia nō pati adinuicez īpoſſibile. V.g. a multū excedēte calido leuiter calīm.

67\. ❡ Sꝫ tamē ſi durū ꝛ molle. Molle aūt in patiēdo aliquid dicitur. ſubactiuū.n. ꝛ molle.

68\. ❡ Sꝫ tamē inconueniēs ſi nihil exiſtit niſi ſoluz figura ꝛ ſi exiſtit: vnuz autē ſolū. V.g. hoc quidez frigidū: hoc autē calīm: neqꝫ eni vna aliqua eſſet natura eoꝝ. ſimilr̄ autē impoſſibile ſi multa vni. Indiuiſibile eniz ens in eodē habebit paſſiones. Quapropter ꝛ ſi patitur ſiquidez īfrigidatur hoc aliquid ꝛ alīꝺ faciet: aut patietur. eodem aūt mō ꝛ de paſſionibus alijs.

❡ Oſtēdit oppoſitū.ſ.ꝙ corpora īdiuiſibilia agāt ꝛ patianẗ ꝛ hoc triplici rōne.quaꝝ ꝑma talis eſt ſm ꝑdictos ph̄os: indiuiſibilia corpora que ſunt circular̄ figure ſūt calida. ḡ oportet aliquod alterius figure eſſe frigiduz: qꝛ īcōueniēs eſt ponere vnū cōtrarioꝝ in natura ſine reliquo. ſi aūt due q̄litates ſunt in athomis neceſſe eſt ponere aliquas qualitates cōſequētes eſſe in eis que ſunt grauitas durīcia leuitas mollie ꝛ alie hꝰ qualitates. ❡ Cuz aūt ꝯcedāt in athomis vnum eſſe grauius alio ſicut apparet in radio ſolis: ꝙ vna athomus magis deſcēdit: q̄ꝫ alia. ſi autē vnus eſt grauior alio: vnus etiā eſt ꝛ leuior alio. ꝛ vnus calidior alio. Cū autē ſint talia impoſſibile eſt ea nō pati adinuicem ꝛ agere cuz ſibi appropinquāt. patitur enim leuiter caliduz ab excedēti calido: nō inq̄ꝫtum ſunt ſimilia in calido ſed inq̄ꝫtuz excedēs eſt magis caliduz: ꝛ illud quod excediẗ eſt magis frigido ꝑmixtum. ſcꝺam rōnem ponit ibi. (Sed tamen ſi durū.) que talis eſt. ſi Demo. dicit in ipſis athomis eſſe durum: neceſſe eſt ꝙ dicat etiam eſſe in eis molle per ſupradictam rōnem: quia ſi vnum cōtrarioꝝ fuerit in natura: ꝛ reliquuz: vt dicitur ſcꝺo de celo. molle autē naturali in potentia reſiſtēdi tactui paſſiuuz eſt: licet inq̄ꝫtum eſt īhiſuz humido ſit ſubactiuum. ❡ Dicitur autē molle ſubactiuū: quia agit per humiduz: qꝺ nō eſt ſimplr̄ actiuuz: ſicut calidum vel frigidum: ꝛ per hoc dictū ſequitur iterū athomos eſſe actiuas ꝛ paſſiuas. ❡ Sic ḡ ſm ꝙ deducit cōmētator quomodocūqꝫ cōponāt ea cōtingit eis īpoſſibile: qm̄ ſi ponūt ea nō eē receptiua paſſionū: ſeqtur ꝙ nō ſit aliqua cauſa actiōis vel paſſionis: ꝛ ſi panūt ea receptibilia contingit vt nō ſint receptibilia. ſic ergo ex illoꝝ poſitiōe cōtingit vt ſint illoꝛuz receptibilia: ꝛ ſicut diximus: lꝫ autē hoc ſequaẗ ex dictis Democriti ꝛ Leucippi. tamē hoc eſt impoſſibile ꝛ īcōueniens. in athomis enim aut eſt figura ſola: aut cū figura qualitas actiua ꝛ paſſiua ſi ponatur in eis ſola figura: tūc nō erūt actiua nec paſſiua: qꝛ figura nec eſt actiua nec paſſiua. aliter eniz mathematica agerēt ꝛ paterenẗ. ſi aūt cuz figura in athomis panaẗ: qualitas: quādo aut vna erit in qualibet athomo plures. ſi autē vna nec ꝓpria fuerit in qualibꝫ athomo: ꝛ hoc qdē ſit calidū: hoc aūt frigidū tunc eoꝝ natura nō erit eadez. ſi ergo differūt i naturis ſunt diuiſibilia. ergo īdiuiſibilia ſunt diuiſibilia. ſi autē plures q̄litates inſunt vni athomo que quidē actiue ſunt ꝛ paſſiue: ille erunt cōtrarie: quia actio ꝛ paſſio ſunt īter cōtraria: vt ſupra dictū eſt. ḡ cōtraria ſunt in eodē īdiuiſibili. ſequitur etiā ꝙ ſint in eodē ſm idem: qꝺ eſt īpoſſibile. ſequitur etiā ꝙ ſi athomus īfrigidatur qꝺ ſm hoc calefiat: qꝺ falſuz eſt ꝛ eodē modo eſt de alijs q̄litatibus actiuis ꝛ paſſiuis: que ſunt durum ꝛ molle. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Hec enim ꝛ ſolida ꝛ planrem dicentibus indiuiſibilia cōtingit eodē mō. Neqꝫ rariora enim neqꝫ denſiora eſt poſſibile generari vacuo non ente in indiuiſibilibus. 69.

❡ Reprobat opionem platonis dicēs: ꝙ etiaz Demo. ꝛ hꝰ. iſtud icōueniēs ſequitur ꝛ ad opionem platonis dicētis ſuperficies īdiuiſibiles eſſe ꝑncipia. dicit eni plato ꝙ illis ſuperficiebus nō eſt vacuū: qꝛ ſm eos īpoſſibile eſt fieri rarū niſi per iterpoſitionē vacui in partibus corporis. ſequitur nō exiſtēte vacuo nō generatur aliquid rarius vel denſi⁹. cum autē raruz ꝛ denſum ſint ꝑme ꝯtrarie q̄litates ex parte materie iſtis nō exiſtētibus alie cōſequentes nō erūt: qꝛ ablato priori aufertur ꝛ poſterius. ſic ergo in corpore. nulle ſūt qualitates actiue ꝛ paſſiue. ergo nec agit nec patitur aliquod indiuiſibilium non exiſtente vacuo ipſo. ❡ Deinde cum dicit.

❡ Amplius autē inconueniens ꝛ parua quidez indiuiſibilia eſſe: magna autē non. Nunc quidē magis rationabiliter maiora cōfringenẗ q̄ꝫ parua: hec quidē eni diſſoluunẗ facilius paruis. V. gratia magna qdē ꝓcedūt ex multis: īdiuiſibilia aūt vlr̄: q̄re magis q̄ꝫ magnis exiſtu paruis. 70.

¶ Remouet quādā īstātiam siue falsam responsionē que posset dari ad rōnes suas posset eni aliquis dicere q̄ athomi parui sunt īdiuisibiles: magni aūt diuisibiles. vnde remouet dicēs q̄ hoc est īconueniēs. verū enim est q̄ rōnabilius & facilius magna diuiduntur q̄ parua: q̄ magna facilius dissoluuntur. & hoc ideo q̄ magna ꝯponuntur ex multis. ¶ Nō tamen paruitas vel magnitudo est causa diuisibilitatis vel indiuisibilitatis ipsa vero athoma de natura sua & vniuersaliter sunt īdiuisibilia & nō ꝑpter magnitudinē vel paruitatē. ¶ Deinde cum dicit.

71. ¶ Amplius autē vtrū oīum vna nā illoꝝ solidorum: aut differt alterū ab alteris quēadmodum si hec essent ignea: hec autē terrea ſm tumorē. Siquidē enim vna natura est oīum quid diuidens: aut quare non fiunt tangentia vnū: quēadmodum aqua quādo aquā tangit: nihil enim differt posterior aqua a priori. si aūt alia qualia hec & manifestū est q̄ has ponēdū principia & causas cōtingentiū magis q̄ figuras.

72. ¶ Amplius aūt dīa in natura vtiq̄ faciēt & patientur approximantia adinuicem.

¶ Ponit sc̄dam rōnem ꝑncipalem ad ꝓbandum athomos quos illi ponebāt nō esse ꝑncipia que talis est: aut illa corpora sunt vnius nature: sicut si essent omnia ignea vel oīa terrea vel differūt adinuicē in naturis vt si essent alia terrea alia ignea. si aūt sunt omnia vnius nature & vnius spēi ſm q̄ntitatem: quid erit tunc diuidēs: & discōtinuans ipsas athomos: quasi diceret nihil: cū enim sint vnius nature nō est in eis aliquid īuenire per qđ abinuicē discōtinuentur. quare ergo non accidit sicut in aquis: cuius partes quando adinuicem se tangunt statim cōtinuantur: nō differt posterior pars aqua ꝑore cū aūt ipsa corpora athoma lia nec sic adinuicem cōtinuentur: nō erūt vnius nature nec diuersarū naturaꝝ: q̄ si illa corpora alia & alia: vt dictū est. quales sunt ille diuerse species vel nature. cū enim ille nature faciant athomos diuersas & discōtinuas: oꝫ q̄ sint omnes ſꝫ naturas diuerse. ergo ille nature magis sunt ponēde cause & ꝑncipia rerū que fiunt ex athomis q̄ figure athomorū quas Demo. dixit esse ꝑncipia. ¶ Et preterea q̄ differūt in natura & forma agunt & patiuntur adinuicē cū approximātur. Illa vero que sunt diuersa in figura nō sic agūt & patiūtur adinuicem. ergo ille diuerse nature debēt poni ꝑncipia actiōis & passiōis q̄ diuerse figure. ¶ Deide cū dic.

73. ¶ Amplius quidē q̄d est qđ mouet. siq̄dē enim aliud. n. passiuū ē. si āt ipꝫ seipꝫ: vnūq̄dq̄ aut diuisibile erit: ſm aliud quidē mouens: ſꝫ aliud aūt motū. Aut ſm idē cōtraria existunt.

74. ¶ Et nō solū materia erit vna nūero: ſꝫ & potētiā.

¶ Ostēdit q̄ corpora īdiuisibilia nō mouētur in vacuo: sicut dicebat Demo. tali rōne. si ista īdiuisibilia mouentur in vacuo querendū est quid mouet ea: aut. n. mouentur a se aut ab alio. si ab alio: tūc ipm īdiuisibile est passiuum. q̄ non est ꝑmū ꝑncipium actiōis: sed potius ipm mouēs. si aūt mouetur a seipso: aut est diuisibile cū ſꝫ vnā partē moueat & aliā moueatur. aut in eodē ſm idem existūt ſm cōtraria. mouere. n. & moueri sunt cōtrarioꝝ. vtrūq̄ autē istoꝝ est īpossibile. sic etiā nō solū esset mā cōtrariorum vna numero: ſꝫ ēt potentia eēt vna: qđ ē īpole. si. n. ī mā duoꝝ esset vna potētia solum nō haberēt ipsa cōtraria diuersas naturas. sic ēt nō esset multitudo rerū: ſꝫ omnia essent vnū: q̄ oīa essent ab eadem mā & ab eadē potētia numero. ¶ Cū eni actus & potētia nō diuersificent spēꝫ. si esset tñ vna potentia eēt tñ vna species ¶ Est aūt hoc ītelligendū de potētia ꝓpinqua ad formas ꝯtrarias: que nō est vna numero sed diuersa. ¶ Est eni alia potētia remota que est vna & eadē cōtrarioꝝ: & hec est ꝑma materia. que ſm se est ī potētia & ipa est sua potētia. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Quicunq̄ quidē igitur per pororū motionem inquiūt passiones cōtingere: sed siquidē & plenis poris superfluūt pori. Si enim patitur aliquid: ita omne & si non poros habēs: ſꝫ ipm cōtinuū ens patietur eodē modo. 75.

¶ Amplius autē quomō contingit de īspicere & videre vt dicunt. Neq̄ enim ſm tactū contingit trāsire per transparentia: neq̄ per poros si plenus vnuiuscuiusq̄. Quid enim differt a nō poros habere: omne enim sic erit plenū. 76.

¶ Reprobat predictas opiones q̄ntum ad modos agendi & patiendi quos ponebāt & circa hec duo facit. ꝑmo ostēdit: ad actionē & passionē nō sunt necessarij pori. 2° q̄ nec q̄ntū ad diuisionem corpoꝝ ibi. (Diuisibilibus autē.) ¶ Circa ꝑmū duo facit. ꝑmo ostēdit q̄ pori nō sunt nec͡rij ad actionē & passionem. sc̄do remouet quoddā dubiū ibi. (Sed & si vacuū.) Circa ꝑmū ponit duas rōnes. quatū ꝑma talis est q̄ dicūt cōtingere passiones ex hoc q̄ actiuū mouetur in poris passiui: sicut isti dicūt: q̄ res patitur cū īpleti sunt pori: necesse est eos cōcedere q̄ pori sunt superflui. si. n. aliquod corpus patitur: q̄ actiuū tangit ipsum in poris: tūc illud patitur per tactum actiui & nō per poros etiā si nō haberet poros: sed sit totum cōtinuum patietur eodē modo ꝑpter tactum actiui: superflui ergo sunt pori. sc̄dam rōnē ponit ibi. (Amplius autē quomō contingit) dicens q̄ isti nō pn̄t dicere quō videre & īspicere fiat qm̄ iste sensus fit ꝑ trāsparentiam: sicut per vitrū vel cristallū. manifestū. n. est q̄ sentiens ſm tactum nō transit per transparentiā. vt ad rem sensatam perueniat: q̄ illi sensus fiunt per distātiā ¶ Nec iterū possunt dicere q̄ sensus fiat per poros si plenus est vnusquisq̄ poroꝝ sicut ipsi dicūt: nihil enim differt habere poros plenos & nō habere poros: q̄ totū corp⁹ trāsparens sic erit plenū. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Sed & si vacua quidē hec: necesse autem corpora in eis habere ibidē cōtingit sursum. ¶ Si autē talia ſm magnitudinē suā vt non suscipiant corpus aliquod ridiculum. paruū quidem existimare vacuū: magnū autē non eē vacuū. Qualecūq̄ autem vacuum aliquod existimare dicere nisi regionē corporis. Quapropter manifestum quoniam omni corpori. s. ſm tumorē simile erit vacuū. ¶ Uniuersaliter autē poros facere superfluū. Siq̄dem enim nihil facit ſm tactū neq̄ per poros trāsiens faciet. Si aūt in tangendo & poris non entibus: hec q̄dem patient: hec aūt faciēt ad seinuicē hoc modo inatorū.

¶ Quoniam ergo ita dicere poros vt quidā existimant: aut mendacium: aut inane est manifestum ex his.

¶ Remouet quoddā dubiū siue quādā falsam respōsionē que posset. dari posset eni aliquis dicere q̄ pori & foramina sūt vacua: & hoc remouet dicēs: q̄ si sint vacua aut possunt

in se recipere corpus implens: ipsa aut nō. si possunt. ponat̄ ergo qḋ recipiāt. possibili eni͂ posito in esse qḋ ex eo accidit nō est impossibile. sequitur ergo id quod p̄us. scilicet ꝙ nō semper cōtingat videre per transparens: quia impletis poris nihil videtur. si aūt pori tales sunt ꝙ nō possunt recipere corpus implens: eo ꝙ sunt parui: hoc ridiculum est dicere: scilicet ꝙ paruum foramen qḋ potius dicitur sit vacuū: magnum autē spacium nō sit vacuū: sed plenum corpore subintrante ipsuȝ: quia qualitercunq; est vacuū illud siue magnū siue paruuȝ: habet corpus sibi equale implens ipsȝ: qḋ quidem patet per diffinitionem vacui. vacuum eniȝ nihil aliud est nisi regio siue spacium alicuius corporis susceptiuum. quapropter manifestum est ꝙ omni corpori in maiore siue q̄titatis est equale vacuum. si vacuuȝ esse ponatur: vniuersaliter autem superfluū est dicere poros esse propter actionem. Aut enim agens agit s̄m tactum aut non. si nō agit per tactū. ergo non agit itrinsecus in poris tangēs. ergo pori nō sunt causa passionis. si autem agit s̄m tactuȝ: ⁊ non existētibus poris: dummodo actiuum tāgat passiuū: que sunt innata agere ⁊ pati adiuicē fiet actio ⁊ passio. Ulterius autem epilogat qḋ ita ponere poros: vt quidam existimat aut est mendaciū: aut inutile est ad actionē ⁊ passionē: ⁊ hoc est manifestū ex supradictis. ¶ Deide cū dic̄.

¶ Diuisibilibus autez oīno corporibus entibus poros facere ridiculum est; s̄m id eniȝ ꝙ diuisibilia sunt possunt separari.

¶ Ostendit ꝙ pori non sunt necessarij ad corporis diuisionem dicens ꝙ cum omne sit diuisibile tam phicum q̄ⷨ mathematicum ridiculum est ponere poros causa diuisionis: quia corpora possunt separari s̄m id quod diuisibilia sunt. in talibus autem nō est vacuum in poris. pori ergo nō sunt causa diuisiōis: q̄ alr̄ mathematica. nō eēnt diuisibilia.

77. ¶ Quo autem modo existit generare in entibus ⁊ facere ⁊ pati dicamus: accipientes p̄ncipiū dictum multotiens.

lectio ¶ Postq̄ⷨ philosophus posuit opiniones aliorum de agere ⁊ pati siue de modis agendi vel patiendi et reprobationes earum: in parte ista ponit opinionem propriam ⁊ veram. ⁊ circa hoc duo facit. p̄mo dat intentionem suam. sc̄do prosequitur intentuȝ ibi. (Si est enim) ¶ Dicit ergo primo ꝙ postq̄ⷨ posite ⁊ reprobate sunt opiniones aliorum de actione ⁊ passione dicendum s̄m rei veritatē quomodo existat vel fiat generatio ⁊ quomodo existat agere ⁊ pati in his q̄ agunt ⁊ patiuntur. ad hoc autē perfecte vidēduȝ accipiendum est pro p̄ncipio actionis ⁊ passionis illud quod multotiens dictum est. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Si enim est hoc potestate: hoc autez actu tale innatuȝ est. ¶ Non tamen quidez pati: tuȝ aūt non pati: sed oīno s̄m quantuȝ est tale. ¶ Magis autez ⁊ minus s̄m ꝙ tale magis ⁊ minꝰ. Et has res vtiq; aliq̄s dicet magis inesse: vt in metallicis: extēdunt eni͂ se passiue vene cōtinue.

¶ Prosequitur intentum. ⁊ circa hoc duo facit. p̄mo ponit duas ꝯditiones que requiruntur ad actionem ⁊ passionē. ¶ Sc̄do probat sc̄dam cōditionem ibi. (Tum quidez existimare.) Circa p̄mum ponit p̄mo p̄mam cōditionem que est ꝙ patiens qḋ est in potentia nō patitur s̄m quasdā partes: sed s̄m omnes. p̄mo ergo premittit quoddam p̄ncipiū. manifestum: ⁊ est ꝙ entium quoddam est in potentia ⁊ illud est passiuum quoddam est in actu ⁊ illud est actiuum. ¶ Et cum ita sit nō est alia causa passiōis. nisi quia receptiuum alicuius forme. recipit illam ab aliquo agēte. impossibile est ergo ꝙ illud tale corpus qḋ est in potētia sit receptiuū alicuius forme. tuȝ quidē idest s̄m aliquas partes. tuȝ aūt non. i. s̄m quasdam non. sed oportet ꝙ sit omnino passibile. idest in omni parte inquantuȝ est in potentia. potest tamen s̄m aliquas partes magis recipere passionē ab agētis virtute causata: ⁊ s̄m quasdaȝ minus quia forte passiuum magis est dispositum in vna parte q̄ⷨ in alia ad recipiendū formā quā agens intendit inducere. ¶ Si autem aliquis dicat ꝙ magis passiua sūt magis porosa: sicut videmus in venis metalloꝝ ꝙ que sunt rariores magis sunt disposite ad recipiendum formaȝ metalli: ⁊ sic videtur ꝙ pori sunt causa passionis. dico ꝙ hoc nō est verum ꝙ foramina nō sunt causa passionis. sed potius dispositiōis materie: que a tali actiuo passibilis est ⁊ nō ab alio. ¶ Sc̄do cū dicit.

¶ Continuū igit̄ vnūquoq; ⁊ vnū ens ipassibile. 78.

¶ Similiter autē ⁊ non appropinquantia nec sibiipsis: neq; alijs: que facere innata sunt ⁊ pati. Dico autē. U. g. non soluȝ tangens calefacit ignis: sed ⁊ si longe sit: aerem quidez ignis: aer aūt corpꝰ calefacit: inatꝰ facere ⁊ pati.

¶ Ponit sc̄dam cōditionem: ⁊ est ꝙ agens ⁊ patiens debēt esse diuisa ⁊ non continua: quia id quod est continuum nō est passibile. ¶ Ueritas aūt huius ꝓpositionis ex hoc est: quia nihil patitur a seipso: quia non est magis ratio: quare vna pars eius agat ⁊ alia patiatur q̄ⷨ alia: cuȝ partes continui sint similis nature. Ista autē agētia ⁊ patiētia licet sint diuisa: oportet ꝙ sint in debita propinquitate. ¶ Omnia enim agētia naturalia habēt determinatā virtutem que si vltra sue virtutis propositionem (proportionem) elongentur a patiētibus nullum effectum causare poterunt. ¶ Sed cum fiūt ꝓpinqua in se vel in alijs tūc agēs aget ⁊ patiēs patietur. ¶ Dico autē appropinquare sibiipsis. p̄muȝ agēs ⁊ vltimū patiēs sunt imediata. appropinquare vero in alijs est quādo inter p̄mum agēs ⁊ vltimuȝ patiēs est aliquid qḋ agit ⁊ patitur. Agit aūt in virtute p̄mi. verbi gratia. ignis nō soluȝ calefacit nos quādo tāgit sed etiaȝ quādo est lōge. calefacit eniȝ aerem qui natus est calefieri ab igne. Aer autē calefactus calefacit corpus nostrum. ¶ Deinde eiȝ dicit.

¶ Tum quidez existimare pati: tum autē nō determinātes q̄ⷨ in principio hoc dicendū. Siquidem eniȝ non vbiq; diuisibilis magnitudo: sed est corpus idiuisibile: aut latitudo: nō vtiq; erit vbiq; passibile: sed neq; cōtinuum vlluȝ. ¶ Si autē hoc mendacium: ⁊ omne corpus diuisibile. Nihil differt dicere diuisum esse quidez tangere: aut vtiq; diuisibile esse. si. n. segregari pōt s̄m tactus: vt aūt quidā: ⁊ si nondum est diuisum. possibile. n. diuisum esse. fit. n. nullū ipo͛e. 79.

¶ Probat sc̄dam cōditionez dicēs: ꝙ existimare sicut q̄dā existimāt ꝙ res q̄ patitur: tum. i. s̄ȝ aliquaȝ parteȝ patitur: ⁊ tum nō. i. s̄m aliquā nō patitur. hic determinādum est et dicendum ꝙ hoc falsum est. Si enim cōcederet̄ ꝙ corpus ⁊ magnitudo nō vbiq; esset diuisibilis: sed diuiditur i diuisibilia corpora: sicut dixit Demo. vel indiuisibiles superficies: sicut dixit plato. tūc verum esset ꝙ corpus nō vbiq;. i. in omni parte sua esset passibile sic etiam esset veruȝ ꝙ nihil esset continuum licet continuetur ad idiuisibile: nō tamen componitur ex indiuisibilibus. Si autem est mendacium hoc qḋ dicūt: immo quia mendacium est: quia omne corpus est diuisibile nihil differt dicere ꝙ diuidatur. vel ꝙ sit diuisibile. vel ꝙ tangatur vel ꝙ sit tangibile. licet. n.

in poros diuidatur s͞m Demo. tamen etiam est diuisibile in partibus que poris īterponuntur: quia iste nō sunt īdiuisibiles que partes ponebātur indiuisibiles ab eis: ⁊ similr est tangibile in illis. ¶ Et ita s͞m totum est tāgibile ⁊ diuisibile ⁊ passibile. ¶ Si enim potest segregare s͞m tactus .i. s͞m superficies in quibus est tactus: vt dicunt quidam platonici. Et si nondum est diuisum est tamē diuisibile. posito ergo ī esse possibili nō accidit impossibile. ¶ Similiter etiā si diuisibile sit in parte posita diuisiōe in actu nō sequitur impossibile. ¶ Scdm ergo totuz ⁊ quālibet sui partez est diuisibile ⁊ passibile. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Uniuersaliter autem generari hoc modo scissis corporibus est inconueniens. Destruit eniz hic sermo alterationem.

80. ¶ Uidemus enim idem corpus continuuz ens: quandoqz quidem humidū: quando aūt coagulatum non autē diuisione ⁊ cōpositione hoc patiens. ¶ Neqz conuersione ⁊ ordine: sicut ait Democ. neqz eniz transductum neqz transpositum s͞m materiam neqz transmissuz coagulatū ex humido generatum est. ¶ Neqz autez nunc insunt dura ⁊ coagulata īdiuisibilia tumoribus sed similiter omne nunc humidum: quandoqz autē duruz ⁊ coagulatuz est.

¶ Ondit ꝙ predicta opinio nō est sufficiēs ad actionē ⁊ passionem. ⁊ circa hoc duo facit. p̄mo ostēdit ꝙ nō est sufficiēs ad alterationez: īmo destruit ipsam. scdo ꝙ nec sufficiēs ad augmentū ibi (Amplius autez) Dicit ergo p̄mo: ꝙ vniuersaliter passio hoc modo fiat in rebus: quo quidā dicūt ꝙ generatio fit scissis siue separatis corporibꝰ per poros: est incōueniens. ¶ Destruit eniz hic modus alterationez. in q̄ tamē saluatur passio ⁊ actio. videmus eniz ꝙ idem corpus cōtinuum manēs quādoqz qdez est humiduz ⁊ liquiduz et quandoqz coagulatuz. sicut glaties ⁊ aqua fluida: ⁊ tamen talis alteratio fit sine diuisiōe ipius corporis continui: ⁊ sine aliqua alia compositiōe: ⁊ sine cōuersione suarū partiū: ⁊ absqz tactu diuerso in ordine componētiuz partiuz: sicut dicit Demo. ¶ Cū .n. aliquod humidū coagulatur nō trāsluditur extra naturaz suaz: ita ꝙ mutet substātiā. nec trāsponūtur partes mutādo ordinem vel situm: neqz transmittitur per liquefactionem: neqz etiam nūc quādo scilicet humidum coagulatur: oportet ꝙ in aqua corpora īdiuisibilia tumoribus: idest s͞m q̄ntitatem subintrēt ad causandaz coagulationem: sed ipsum humidū qd̄ coagulatur ⁊ eōuerso semper similiter se habet q̄ntum ad hoc ꝙ neqz componuntur partes neqz adduntur vel diuiduntur neqz mutāt ordinem vel situz. patet ergo ꝙ predicta opinio destruit alterationem. ¶ Deinde cum dicit.

81. ¶ Amplius autē neqz augmentationē possibile esse ⁊ diminutionez. Non eniz quodcunqz erit factum maius siquidez sed erit appositio ⁊ nō esse trāsmutans mixto: aut aliquo aut s͞m se trāsmutante. Quid igitur est generare ⁊ facere: ⁊ generari ⁊ pati adinuicem: ⁊ quomodo contingit: ⁊ quomodo inquiunt quidā non contingit autē determinatum sit hoc modo.

¶ Ostēdit ⁊ qd̄ destruit augmētuz. In augmētatione enim oportet ꝙ augeatur quelibꝫ pars eius qd̄ augetur: vt supra dictuz est. Sed si augmētum fiat per additionez athomorum: vt ipsi dicūt nō erit augmētatio: sed quedā appositio corporis ad corpus nō ex hoc ꝙ quelibet pars istius compositi augmētatur. Itez in augmentatione oportet ꝙ augmentās siue adueniēs augmētata transmutetur in naturā eius. Et ꝙ ipsuz totum qd̄ augetur transmutetur ab eo qd̄ sibi aduenit de minori quātitate in maiorem quātitatem. ¶ Sed per additionem corporum athomorum ipsum totum nō erit transmutans: idest nō trāsmutabitur alio mixto. idest aliquo corpore īdiuisibili sibi addito nō trāsmutāte ipsum de minori quātitate in maiorez. ¶ Et ipsum totū nō erit s͞m se trāsmutās: idest nō trāsmutabit corpora indiuisibilia que sibi adueniunt ⁊ remanēt incorrupta. vnde signanter dixit alio mixto: qr talia corpora nō miscentur adinuicē. sic grana frumēti ī modio. Ultio epilogat. ⁊ pꝫ ī lrā.

¶ Reliquum autē videnduz de mixtiōe s͞m eundem modum methodi. Hoc eniz erat tertiuz ꝓpositorum a principio.

¶ Scrutanduz autē est quid mixtio ⁊ quid miscibile: ⁊ qbus existit entiū: ⁊ quomō. Amplꝰ aūt vtrū ne est mixtio: an hoc mendaciuz. 82.

¶ Postq̄ philosophus determinauit de tactu ⁊ de facere ⁊ pati que sunt necessaria ad generationem. hic determinat de mixtione que fuit tertiuz eoruz. de quibus supra promiserat se dicturū. est enim etiā mixtio necessaria ad generationem eoruz que ex elemētis generantur. quando eniz fit generatio simplicis elemēti tunc nulla fit mixtio. Circa h̄ ergo duo facit. p̄mo manifestat itentionem suam. secundo prosequitur intentum ibi (Impossibile enim alteruz.) Dicit ergo p̄mo ꝙ post predicta restat nos videre de mixtiōe s͞m eundē modū methodi: ⁊ ideo quia mixtio hoc erat tertium que ponit tractanda. ¶ Quid autē intendat per hoc qd̄ dixit s͞m eundez moduz methodi. declarat cuz subdit ꝙ perscrutandū est quid est mixtio: ⁊ quid miscibile ⁊ quibus existit entiu z: idest que contingit misceri: ⁊ videndum quomodo fiat. ⁊ si fit mixtio vel vtruz sit mendaciuz mixtionem fieri: quia hoc modo supra quesiuit de alijs. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Impossibile est enim alterum altero misceri: quemadmodum dicunt quidaz entibus quidē adhuc mixtis ⁊ non alteratis: non magis nunc mixta esse q̄ prius inquiunt. Sed consimiliter se habere. ¶ Altero autez corrupto non mixta esse: sed hoc quidez esse: hoc autē non esse: mixtionem autem similiter habentiuz esse. ¶ Eodem modo ⁊ si ambobus conuenientibus corruptum est alterutrum mixtorum. Non eniz eē mixta nullatenus entia.

¶ Prosequitur intentum. ⁊ circa hoc duo facit. primo pertractat vltimam questionem: scilicet an mixtio sit. ¶ Secundo penultimam questionem: scilicet quomodo mixtio fiat ibi. (Continuuz autez his.) Alias autez questiones nō prosequitur: quia ex cognitione istaruz relique īnotescunt. Circa primuz duo facit. primo ponit rationes ostendentes mixtionez nō esse. secundo soluit eas ibi. (Hic quidez sermo videt.) ¶ Dicit ergo primo ꝙ sunt quidam dicentes non esse possibile mixtionez fieri ⁊ ad hoc probanduz vtebantur tali ratione. ¶ Quādo mixtibilia veniunt ad mixtionē aut manent: sicut prius in forma ⁊ specie aut nō manent sed corrumpuntur ambo vel alteruz si ambo manēt in forma ⁊ specie: sicut prius ⁊ nō alterantur: tunc non sunt magis mixta q̄ prius: sed cōsequēter se habēt. ¶ Si autē alteruz corrūpatur nec etiaz tūc erit mixtio: sed corruptio

vnius & cōseruatio alterius non corrupti si autē ambo inuicez corrumpuntur: tūc etiā nō erit mixtio: qꝛ nō possunt esse mixta q̄ nullo modo sunt entia. ¶ Deinde cū dicit.

83. ¶ Hic quidē videtur sermo querere quid differt actu mixtio a generatione & corruptiōe: & quid miscibile a generabili & corruptibili. Manifestū enim ꝙ oportet differre si est mixtio. Quapropter his entib⁹ manifestis quesita soluent̄ vtiqꝫ. ¶ At vero neqꝫ materiam igni misceri dicim⁹: neqꝫ misceri cuz exardet. Neqꝫ ipsam ipsis particulis neqꝫ igni; sed ignez quidez generari: hāc autem corrumpi.

¶ Determinat ppositaz questionē & quis ratio negantium mixtionē esse: querit differētias mixtionis & generationis & miscibilis & generabilis. Ideo philosophus p̄mo ostēdit differētiaz eoruz adinuicē & mixtionis ad alios modus. secundo soluit s̄m propriaz opinionez ibi. (Quoniaz autem sont hec quidez potentia.) Circa p̄mum duo facit. p̄mo ponit differētiā mixtionis & generatiōis. secūdo mixtiōis ad augmētuz & alterationē ibi. (Scd̄m autē eundez moduz) dicit ergo p̄mo ꝙ sermo eoruz qui negāt mixtionē fieri videntur querere differentiā mixtionis & generatiōis. Querit etiā in quo differt miscibile a generabili & corruptibili. manifestuz enī est ꝙ si est mixtio oportet eam differre ab alteratiōe & augmēto & generatiōe que sunt mutatiōes ad formaz & quādo ista differentia erit manifesta tunc soluet̄ questio. ponit ergo differentiaz mixtionis & generationis. cuz dicit. At vero in materia: neqꝫ. d. ꝙ materia nō dicitur misceri generabili. sed potius effici actu per formam. nihil
T.c. enī aliud ad generationē requiritur s̄m Aristo. in quinto
15. meta. nisi agēs reducēs mām preexistentez in potentia ad
T.c. actuz. vnde in octauo meta. dicit ꝙ non est alia causa qua-
15. re partes diffinitiōis sunt vere vnum nisi agēs ꝙ reduxit ad actuz qd̄ prius erat in potētia. materia enī in qua generatur ignis: nō dicitur misceri igni nec etiaz forme ipsius. Similiter non dicimus ignem misceri lignis cū ardet ea: nec etiaz dicimus ꝙ materia ignis misceatur particulis ignis: neqꝫ ipsi igni. Sicut dicimus ꝙ vnum miscibile miscetur particulis alterius miscibilis & ipsi miscibili. Sed dicimus materiā ignis sicut ligna vl' aliud corrumpi: ignē aūt generari ex quo manifeste potest cōcludi ꝙ mixtio nō est generatio neqꝫ corruptio. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Secunduz autē modū eundē neqꝫ corpori cibum: neqꝫ figurā cere mixtā: neqꝫ figure tumorem: neqꝫ corpus & albū. Neqꝫ totaliter passiones & habitus posse esse mixta reb⁹. Saluata. n. videntur: sed tamē neqꝫ albuz & disciplinaz cōtingit misceri: neqꝫ aliud nō separabiliū aliqd̄. ¶ Sed de hoc dicunt quidaz non bene qui oīa quādoqꝫ simul esse dicunt & mixta esse. Nō. n. omne omni miscibile: sed oportet existere separabile vtrunqꝫ mixtoruz. Passionū autem nulla separabilis.

¶ Ponit differētiā mixtiōis ad alios motus. & p̄mo ad augmentuz. d. ꝙ s̄m eundez moduz nō dicimus cibuz misceri corpori cibato: quia cibus trāsit in dominās corpus: qd̄ manet s̄m formaz. ¶ Sed neutrū miscibiliū ita manet: sicut corpus cibatuz: scilicet idiuisuz & specie nullo modo alteratuz: sic patet ꝙ mixtio differt ab augmēto. Differt etiaz ab alteratiōe: sicut p̄mo patet in artibus: nō enī dicimus figuram misceri cere nec figuraz misceri quātitati siue tumori qꝛ vtrūqꝫ manet idiuisum a specie nullo modo alteratum. ¶ Idem ostēdit in alterationibus naturalibus nō enī dicimus ꝙ albedo misceatur corpori quādo corpus fit albuz & vniuersaliter nulla passio & nullus habitus miscetur alijs rebus: sꝫ sunt in eis sicut in subiecto. ¶ Et ratio huius est: quia ambo scilicet tam accidēs q̄ subiectuz videtur eē saluata & non alterata: similiter nullum accidēs miscetur alij accidēti. Et vniuersaliter nullum qd̄ non contingit separari & per se existere potest misceri: qꝛ omnia miscibilia p̄mo sunt separata: & post mixtionem separari possunt: et propter hoc nō bene dixerūt aliquādo omnia fuisse simul: sicut dicitur in p̄mo physi. ¶ Non enim omne cuilibet miscetur. Sed oportet miscibilia esse talia: quorū vtrūqꝫ possit separari: passio autē nulla est separabilis: & ideo nec miscibilis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quoniā autē sunt hec quidē potentia: hec aūt 84.
actu entium cōtingit mixta esse aliqualiter & nō eē. Actu quidē ente aliquo generato ex ipsis: potētia aūt adhuc vtroqꝫ q̄ erant anteq̄ miscerentur & non partita. Hic autē sermo quesiuit pri⁹. ¶ Videtur enim que miscētur prius ex separatis cōueniētia & possibilia separari rursus: neqꝫ manēt igitur actu vt corpus & album; neqꝫ corrumpitur: neqꝫ alterum: neqꝫ ambo. saluat̄. n. virt⁹ eoꝝ. Ideo hec quidem derelinquantur.

¶ Soluit predictaz questionē dicēs: ꝙ entiuz quedaz sunt entia in potētia & quedaz in actu. vnde mixta postq̄ mixta sunt cōtingit aliqualiter esse & aliqualiter nō esse in mixto. Sunt enīz ibi in potentia. saluata tamē virtute eorum. sed non sunt ibi actu. Ipsum enīz generatum est aliud ab ipsis miscibilibus siue mixtis: & est in potētia ip̄a miscibilia: que ante mixtionē sunt separata. ita cōtingit post mixtionez separari: licz in mixto nō sint abinuicē diuisa: & hoc est qd̄ sermo habitus siue ratio negantiuz mixtionē quesiuit. s. quō elemēta manerēt in mixto. videmus enīz ꝙ ea que miscentur cōueniunt ex prius separatis. & postq̄ ꝯueniunt rursus separabunt̄: qꝛ leuia aliquādo ascēdēt & grauia descendēt. ¶ Cū enī elemēta que sunt i mixto sint ibi preter naturā: quia sunt extra propriaz regionē vbi dicitur secūdo de celo. ꝙ autē est preter naturā nō potest esse sempiternuz: necesse est ip̄a separari. nō ergo manēt elemēta in mixto actu sine aliqua alteratiōe: sicut corpus albuz: nec ambo nec alterum corrumpuntur omnino: sicut in generatiōe & corruptione: saluatur. n. virtus eoruz. ¶ Ad euidentiaz autē h⁹ questionis duo sunt cōsideranda: super que ista questio est fundata. p̄mū est qualiter elemēta veniant ad mixtionez. Secūdum est: quomō elemēta sunt i mixto. ¶ Circa p̄mū (notu totum per phm)
sciendū est ꝙ s̄m dicta phōrum p̄muz mouens elementa ad mixtionē est imiscibile: & hoc est ipsuz celum siue astra lata in ipso: qd̄ est diuersuz a natura quattuor elementorū vt probatuz est in p̄mo de celo & mundo. ¶ Nā sicut ostēdit philosophus in p̄mo methauroꝝ. iste mūdus quattuor T.c.i.
elemētoꝝ est de necessitate cōtinuus. idest cōtiguus superioribus motibus vt omnis ips⁹ virtus gubernetur inde: quia illud oportet putare p̄mam causam ꝙ a quibus est principiuz motus. tale autē est ipsum celuz: & ideo ibidem subdit ꝙ causa eorum que accidunt circa ignem terraz & alia elemēta est virtus eoꝝ que semp mouentur. vnde in eodē dicit ꝙ spera ignis mouetur circulariter: & etiā spera aeris licet nō tota per raptū firmamētu. habēt etiā alie stelle speciales effectum in aliquibus elemētis. sicut spera solis in (sphere)

qua est effectus caloris est nata mouere ignem: et spera lune est nata mouere aquã sicut ad sensum patz. alie aũt spere .v. planetarũ nate sunt mouere aerẽ: et io aer tot diuersis motibus mouetur. Est enim in aere frigus cõgelatiuum ex spera saturni et estus ex spera martis et tẽperies i calido ex spera Jouis et tẽperies i frigido ex spera veneris cõmiscibilitas et passibilitas facilis ex spera mercurii. Spera aũt stellarum fixarũ que est secũda in qua sunt multe imagines et figure mouet terrã. vnde et in ipsa figurantur imagines multe in generatis. licet ergo elemẽta leuia nõ descendant ex se nec grauia ascẽdant ex se: tamẽ ex motoribus vlibus ordinãtibus motum aliquãdo descẽdunt leuia: et ascẽdũt grauia. hõ autẽ conueniẽs exemplum est in qualitatibus actiuis et passiuis corporis animati. Non enim in animali semper mouentur calidum sm naturã ignis nec agit actum ignis omnino: sed potius mouetur in id ad qđ dirigitur ab anima et agit ad terminum et finem intentum ab ea: sicut philosophus dicit contra Empedo. in secundo de anima. Cum autẽ motus celi et opus nature sit opus itelligẽtie: vt dicit philosophus: nõ semper sequũtur elemẽta pprium impetũ sui motus: sed aliquãdo mouebuntur in id ad qđ per voluntatem itelligẽtie dirigentur siue per virtutẽ stellarum. Si de ppinquo siue instrumẽtali motore loquamur. hoc aũt manifestum est exemplum vapore terrestri eleuato a terra: sicut dicit in primo meta. qui per virtutem solis ascẽdit ad calidã regionẽ aeris. Et de vapore humido et aquoso. siliter ascẽdente vnde cum in aere sint quedam ptes ignite et aeree et aquee et terree mouentur a seinuicẽ ascẽdendo et descẽdendo. qđ aũt ignis sit in aere. patet per philosophum in pmo meta. dicit enĩ qđ ambitus ignis per aerẽ frequẽter spargitur motu. i. per virtutem celestis motus: et fertur violentia deorsum: et ideo sũt alique partes ignis et in rore et in vaporib pluuialibus descendentibus: quas vapores accipiũt in regione aeris calefacta: et ideo aque pluuiales sunt vaporose et calide. et hec ẽt est causa qđ niue descẽdente nõ est tãta itensio frigoris. sicut in alijs hyemalibus temporibus. Sic ergo cum pluuia et rore et alijs hõ. descẽdunt partes ignite ad locũ mixtiõis.

Ex his patet qđ ad mixtionem nõ mouet violentia sed natura: et ideo mixtio nõ est violenta sed naturalis.

nota Circa scđm autẽ diuersi diuersimode opinantur. Sunt enim quidã dicẽtes qđ qualitatibus actiuis et passiuis ad mediũ redactis aliqualiter per alterationem forme generales elementorũ manẽt in mixto: quia si non manerent corruptio quedã erit in mixto. Rursus etiã quia aliter simplicia corpora elementorum rationem amitterẽt. Elemẽtum enim est ex quo componitur aliquid et est in eo: vt dicitur quinto

t.c.4. meta. sed ista opinio est impossibilis. Impossibile enim materiã sm idem diuersas formas elemẽtorum suscipere. Si igitur in corpore mixto forme substãtiales elementorũ saluarentur oportebit diuersis partibus materie eas iesse. materia aũt diuersas partes accipere est ipossibile nisi preintellecta quãtitate in materia. sublata enim quãtitate materia idiuisibilis permanet: sicut patet in primo physic. Ex materia aũt sub quãtitate existẽte et forma substãtiali aduenientc corpus physicum constituitur. Diuerse igitur partes materie formis elemẽtorum subsistentes pluriũ corporum rationem suscipiunt. Multa autẽ corpora ipossibile ẽ eẽ simul. Non igitur in qualibet parte corporis mixti erunt quatuor elemẽta: et similiter nõ erit vera mixtio: sed ad sensum sicut accidit in cõgregationẽ corporum insensibilium propter paruitatem quelibet forma substantialis propriã dispositionẽ acquirit in materia: sine qua eẽ nõ potest. vnde altera est via ad alterationẽ. altera ad corruptionem. Impossibile autem est eandẽ esse dispositionẽ quã requirit forma ignis: et quã requirit forma aeris vel aque: sed sunt cõtrarie. cõtraria aũt nõ possunt in eodẽ subiecto. Impossibile est igitur qđ in eadem parte mixti sint forme substantiales ignis et aque. Si igitur mixtio fiat remanentibus formis simplicium corporũ. sequitur qđ non sit mixtio: sed solũ ad sensum. q. iuxta se positis partibus insensibilibus ppter paruitatẽ. Quidã vtriusqz rationes vitare volẽtes in maius incõueniẽs iciderunt: vt enim mixtionẽ ab elementorũ corruptiõe distinguerent: dixerunt formas substantiales elementorum aliqualiter remanere in mixto. Sed rursus ne cogerentur mixtionem ad sensum: et non sm veritatẽ ponere: posuerunt qđ forme elementorũ non manent in mixto sm suum complementum. Sed in quoddã medium reducunt. Dicunt enim qđ forme elementorũ suscipiunt magis et minus et habẽt cõtrarietatẽ adinuicẽ: et quia hec manifeste repugnãt cõmuni opinioni et dictis Aristotilis dicentis in predicamẽtis qđ substantie nihil est cõtrarium: et qđ non recipit magis et minus. Ulterius procedunt dicẽtes qđ forme elementorum sunt imperfectissime: vtpote materie prime propinquiores. vnde sunt medie iter formas substãtiales et accidẽtales. Et sic iq̃ntũ accidũt ad nãm formarũ accidentaliũ magis et minus suscipere possunt. hec autẽ positio multipliciter iprobabilis est primo quia eẽ aliquid mediũ iter substantiã et accidẽs est oĩno ipossibile. eẽt enĩ aliquid mediũ iter affirmationẽ et negationẽ. propriũ enim accidentis est in subiecto esse: substãtie vero in subiecto nõ esse. forme autẽ substãtiales sunt quidẽ in materia: sed non in subiecto. Nã subiectum est hoc aliquid: forma autẽ substantialis est que facit hoc aliquid: non autẽ presupponit ipsum. Item ridiculũ est dicere medium esse inter ea q̃ non sunt vnius generis: vt probatur in .10 meta. mediũ enĩ extrema ex eodẽ genere esse oportet. nihil ergo mediũ esse potest inter substantiam et accidens. Unde ipossibile est formas elementorũ suscipere magis et minus. oĩs enĩ forma recipiens magis et minus est diuisibilis per accidẽs: inquãtũ. s. subiectũ potest eã participare vel magis vel minus. Secundum autẽ id qđ est diuisibile vel per accidens vel per se contigit esse motũ continuũ: vt patet in sexto phys. si igitur forme substantiales elementorũ suscipiunt magis et minus tã generatio q̃z corruptio erit motus cõtinuus: quod ẽ ipossibile. Nã motus cõtinuus nõ ẽ nisi i trib gnib. s. i q̃ntitate q̃litate et vbi. Oportet igr aliũ modum iuenire: q̃ et vitas mixtiõis saluet: et tñ elta nõ totalr corrũpant. Sed aliq̃lr i mixto remaneãt. Cõsiderãdũ ẽ igr qđ q̃litates actiue et passiue eltorum cõrie sunt adinuicẽ et magis et minus recipiũt. Ex cõrijs aũt q̃litatib q̃ suscipiũt magis et minus cõstitui pt media q̃litas q̃ sapit vtriusqz extremi nãm sicut palidũ iter albũ et nigrum. sic igr remissis excellẽtijs eltorum q̃litatũ cõstituit ex eis q̃dã q̃litas media q̃ ẽ ppa q̃litas corporis mixti: differens tñ i diuersis sm diuersã mixtiõis pportionẽ: et hec quidẽ q̃litas ẽ ppa dispõ ad formã corpis mixti. sic q̃litas simplex ad formã corpis simplicis. Sic igr extrema iueniunt in medio qđ pticipat nãm vtriusqz sic q̃litates simpliciũ corporum iueniunt i q̃litate corpis mixti. Qualitas aũt simplicis corpis ẽ qd aliud a forma subali ipsius agit tñ virtute forme subalis: aliogn calor calefaceret tm: nõ aũt forma subalr educeret i actũ cũ nihil agat supra suã spẽm. Sũt igr virtutes formarum subaliũ simpliciũ corporum i corpib mixtis nõ actu: sed virtute. Et hoc qđ dic phs. nõ manẽt igr elta. s. i mixto actu vt corpus albũ: nec corrũpunt nec alterum nec ambo: saluat. n. virtus eorum.

Continuum autẽ his questionem dicẽdũ vtrũ ne mixtio ad sensum est: vt quando ita in parua diuiduntur que miscentur et ponuntur adinuicẽ hoc modo: vt non manifestum sit sensui vnũ qđcqz: tunc mixta sũt. Aut nõ sunt. Sed est vt quecunqz secus quãcũqz sit particulam mixtorum. dĩ. n. sic illo modo. V. g. ordeum mixtum 85.

frumēto: q̄ñ q̄ócunq₃ secus q̄ócunq₃ ponetur.

¶ Postq̄ʒ phs dterminauit mixtiōez eē: h̄ dterminat quō fiat mixtio. Et circa h̄ duo fac. p̄ pōit opiones alioꝝ d̄ mō mixtiōis. 2° pōit opionē ppriā ibi (Sūt itaq₃ vt diximᵘ.) Circa p̄ᵐ duo fac. p̄ pōit opiniones alioꝝ. Scdo reprobat eas ibi. (Si aūt est oē corpus) Circa p̄mū sciendū est q̄ de modo mixtionis duplex fuit opinio. vna fuit q̄ tūc soluʒ mixtio fiat quādo miscibilia diuidunt̄ in tam minima f̄m quātitatē q̄ sensus ea percipere nō potest: ⁊ quādo illa minima fuerūt secus inuicez posita nō alterata: tūc dicūt fieri mixtionē: ⁊ hāc opinionē p̄mo ponit phs. Secūdā opionē posuit ibi. (Aut nō sunt.) que fuit talis: q̄ cum miscibilia sūt diuisa: non ita vt sistat diuisio minima. Secundūʒ sensuʒ sed sistat in minima f̄m materiā. s. q̄ non sit accipere minus q̄ fiet materiā ⁊ opationē miscibilis. ¶ Couenūt enī ambe iste opiniones: q̄ dicūt mixtionez esse f̄m minima: sed differūt: quia p̄ma ponit minima quo ad sensum. secūda minima f̄m materiā. ¶ Dicit ergo phs q̄ dicēdū est ⁊ determinandū continuā questionē. s. si ita sit: vt dicit p̄ma opinio: vel sicut dicit secūda que dicit. s. q̄ diuiso corpore in minima simplr̄: quelibet pars eius est secus quācūq₃ partez alterius. Dicitur enīʒ sic a quibusdaʒ. verbi gratia: sicut si diceremus ordeuʒ mixtū cum frumēto. lʒ enīʒ illa discernant̄: tamē sunt minima sui generis. Et ad similitudinē istoruʒ dicūt fieri mixtionē elementoꝝ: quādo in minima simpliciter diuiso elemēto quelibet pars vnius ē iuxta partē alterius. ¶ Deinde cū dicit.

¶ Si autē est omne corpus diuisibile si est corpus corpori miscibile omiomeros. Quācūq₃ vti oportebit partē fieri secus quācūq₃

86. ¶ Quoniā autez non est in minima diuisio. Neq₃ compositio idez ⁊ mixtio sed aliud: manifestuʒ q̄ neq₃ f̄m parua saluata oportet que miscentur dicere mixta esse. Compositio enīʒ erit ⁊ nō praxis: neq₃ mixtio. ¶ Neq₃ habebit eādem rationem cuʒ toto pars. Dicimus autem oportere si mixtuʒ est aliquid: mixtuʒ omiomerum esse. Vt quemadmoduʒ aque pars aqua: ita ⁊ tēperati. Si autē secūduʒ parua cōpositio esset mixtio: ⁊ nihil cōtingeret hoꝝ: sed solum quidez mixta ad sensuʒ.

¶ Destruit p̄dictas opiniones: ⁊ p̄mo per rationē cōmunez ambabus. Secūdo per rationē propriā ibi. (Et idē huic) ¶ Dicit ergo p̄mo. si omne corpus est diuisibile. Si corpᵘ corpori est miscibile de ratione mixture est q̄ quelibet pars vnius miscibilis sit omiomera: ⁊ oportet q̄ quelibet pars sit iuxta quālibet partē alterius miscibilis. Quoniāʒ autē mixtio non est cōpositio diuisoꝝ in minima latentia sensuʒ: sicut dicebat p̄ma opinio: nec etiā sicut dicebat secunda. manifestū est q̄ non erit mixtio f̄m parua saluata in specie ⁊ virtute: quia tūc esset potius quedaʒ cōpositio: ⁊ non mixtio: nec haberet quelibet pars eandē rationē cū toto. ¶ Nos aūt dicimus q̄ si est aliquod mixtū oportet ipsuʒ omiomeruʒ. i. eiusdē rationis in parte ⁊ in toto. Et sicut quelibet pars aque est aqua: ita quelibet pars mixti ē mixtuʒ. ¶ Si autē mixtio esset cōpositio f̄m parua. vt dicebat vtraq₃ opinio: lʒ differenter: nihil hoꝝ contingeret: sʒ solū mixtio ad sensuʒ: ⁊ nō f̄m veritatē. ¶ Deīde cū dicit.

¶ Et idē huic quidē mixtuʒ si nō videt quis acute: linceo autez non mixtuʒ videbit̄. Neq₃ diuisione vt quecūq₃ secus quācūq₃ pars. Impossibile enīʒ ita diuidi. Aut igit̄ nō erit mixtio: aut dicēdū est hoc quo mō ꝯtingit fieri rursus.

¶ Ponit proprias rationes. Et p̄mo cōtra p̄maʒ opinionez d. q̄ si hoc modo fiat mixtio: sicut p̄ma opinio dicebat: illud q̄ esset vni mixtū: puta ei qui videt acute esse alteriᵘ non mixtuʒ: puta linceo videnti acute. ¶ Secūdo arguit contra secūdam opinionē. ibi. (Neq₃ diuisione.) dicēs q̄ mixtio non est ex diuisione mīmoꝝ: quia ī mīma simplr̄ impossibile est diuidere corpus: ita q̄ in eis stet diuisio. ¶ Si autē minima essent physica: tūc esset congregatio ⁊ non mixtio. ¶ Aut igitur mixtio non est: cuʒ hi duo modi esse non possint. ¶ Aut rursus dicēduʒ est quō contingit mixtionē fieri. ¶ Deīde cū dic̄.

¶ Sunt vtiq₃ vt diximus entiū: hec quidē actiua: hec aūt passiua ab his. Hec quidē igit̄ conuertunt̄: quoꝝ eadez materia est: ⁊ actiua adinuicē ⁊ passiua abinuicē. Hec aūt faciunt ipassibilia entia: quoꝝ non est eadez materia. Horuʒ quidem igitur non est mixtio: ideoq₃ neq₃ medicatiua facit sanitatem: neq₃ sanitas est mixta corporibus. 87.

¶ Actiuoꝝ autē ⁊ passiuoꝝ quecūq₃ sunt facile diuisibilia. Multa quidez paucis ⁊ magna paruis composita non faciūt mixtionem: sed augmentationē dominātis. Transmutat̄. n. alterum in dominās. Ideo gutta vini in mille millijs amphoris aque non miscet̄. Soluit̄. n. spēs ⁊ transmutat̄ in omnē aquam. 88.

¶ Determinat de modo mixtionis f̄m propriā opinionez ⁊ primo premittit quandā diuisionez necessariā ad propositūʒ ostendendum. d. q̄ sicut supradictuʒ est: entium quedaʒ sunt actiua: quedaʒ passiua: ab his. s. actiuis. sed istorū quedaʒ cōmunicant in materia: ⁊ talia in agendo ⁊ patiendo adinuicem conuertuntur. Quedam vero sunt quorum non eadez materia est: ⁊ talium lʒ vnuʒ agat: ⁊ reliquuʒ patiatur: non tamē in hec conuertuntur adinuicē. ¶ Secūdo ibi. (Horuʒ igitur nō est mixtio) prosequitur intentuʒ. Et circa hoc tria facit. p̄mo ostendit que non sunt miscibilia siue ex quibus non potest fieri mixtio. Secūdo ostendit quando: ⁊ ex quibus fiat mixtio. ibi. (Quādo autē potentijs adequant̄.) Tertio redit iterū super p̄mū: vt melius manifestet que nullo mō sūt miscibilia. ibi (Qm̄ aūt alteꝝ) ¶ Dic̄ ḡ p̄ q̄ eoꝝ q̄ nō cōicāt in mā nō pōt eē mixtio: ⁊ iō lʒ medicia faciat sanitatē: nō tñ patit̄ a sanitate. ⁊ iō misceri. ibi. (Nō pōt) Neq₃ sanitas vel aliq̄d accñs miscet̄ corpibᵘ: ⁊ talia imiscibilia sunt ex sui nā. Quedā āt lʒ sint miscibilia ex sui nā: tñ p accñs misceri nō pñt: ⁊ q̄ sint ista: aliq̄ñ declarat. ibi. (Actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ). d. q̄ si multa de gñe actiuoꝝ ⁊ passiuoꝝ cōponant̄: ⁊ magna paruis nō faciūt mixtionē: sʒ faciūt augmētū p̄dñantis. p cuiᵘ v̄tutē. alteꝝ. s. paucuʒ vl̄ puū trāsmutat̄ ī alteꝝ p̄dñans: ⁊ iō gutta vini ī mille millibᵘ amphoris aq̄ nō miscet̄ cū ipsa aq̄. q̄ forma siue species eiᵘ transmutatur ⁊ corrūpitur in totaʒ aquaʒ. ¶ Deinde cuʒ dicit.

¶ Quando autem potentijs adequant̄ equaliter: tunc transmutatur vtrūq₃ in dominans in sui ipsius natura: non generat̄ enim alterum sed mediuʒ cōmune. Manifestuʒ igit̄ q̄m̄ hec sunt miscibilia quecūq₃ cōtrarietatē habent faciētiū. Hec sunt enī abinuicez passiua. 89.

¶ Ostēdit ex quibus ⁊ quando fiat mixtio: ⁊ circa hoc tria facit. primo ostendit quādo: ⁊ ex quibus fiat mixtio. Secūdo ostēdit que faciliter miscent̄. ibi. (Parua autem.) tertio ꝙ difficulter. ibi (Multū aūt) ¶ Dicit ꝑ̄ ꝙ̄ potētie miscibiliū adeq̄nt̄: tūc vnūqdq̄ miscibiliū eq̄lr dn̄at̄ ⁊ vnūqdq̄ ad alteꝝ tanq̄ a dn̄ā trāsmutat̄: ⁊ vnūqdq̄ ex sumpsius natura fm̄ aliquid trāsmutat̄: nec tn̄ vno corrupto aliud generat̄: sed fit mediū inde cōmune qd̄ participat omniū virtutes miscibiliū ꝯiunctoꝝ: manifestū est ergo ꝙ hec sunt miscibilia quecūq̄ sunt de numero facientium siue agentiū: ⁊ habēt contrarietatē: quia hec sunt adinuicē passiua: ⁊ hoc est ꝑ̄mo qd̄ requiritur ī miscibilibus ¶ Contra hoc aūt qd̄ hic dr̄ obycitur a quibusdā: quia sic miscibiliū potētie adeq̄nt̄: tāta est virtus resistēdi quāta est virtus ad agēdū: ⁊ ita nec agēt nec patient̄ adinicē. ¶ Item obyciūt Aui. ⁊ Algazel. dicentes: ꝙ si miscibilia adequant̄ in mixto nō magis inclinabit̄ illud mixtū sursum q̄ deorsum vel ad aliquā aliā loci differentiā. cū nullum sit in ipso ꝑ̄dominās elemētoꝝ: ⁊ adhuc sequitur ꝙ q̄libet motus fm̄ triplū magis est violentus q̄ naturalis: ⁊ sil'r est de loco. ¶ Sequeret̄ etiā ꝙ oīs mixtio esset vna Et ita ex sil'ibus in quātitate ⁊ qualitate essent caro ⁊ ossa ⁊ lapis ⁊ cetera mixta. qd̄ ē impossibile. ¶ Ad qd̄ dicēdū est ꝙ cum oīs mixtio naturalis sit ꝑpter generationē non sic sunt intelligēda verba ph'i ꝙ in mixto sit qualitas virtutum ⁊ potētiarū vt ꝑ̄ma ratio ꝓcedebat: nec etiā oportet ꝙ ibi sit equalitas quātitatis ipsoꝝ miscibilium. Sed est intelligēdū ꝙ ibi sit qualitas proportionis quā requirit formā generādē: ꝑpter quā est mixtio: ⁊ per hoc patet solutio ad obiecta. ¶ Deide cū dicit.

¶ Et parua autem paruis posita secus miscent̄ magis: facilius. n. īuicē ⁊ citius trāseūt.

¶ Ostēdit que faciliter ⁊ bene miscent̄. d. ꝙ quādo parua miscent̄ paruis: tūc facilius fit mixtio: quia talia facilius ⁊ citius transeunt per se īuicē alterādo. ¶ Deinde cū dic̄.

¶ Multū autē ⁊ a multo tardius hoc operat̄. Ideo ⁊ bene determinabilia diuisibiliū ⁊ passiuorum miscibilia. Diuidunt̄ eni hec in parua facilius. hoc enī est bene determinabile eē. V. g. humida miscibilia maxime corporū. Bene determinabile. n. maxime humidū diuisibiliū: si non viscosum sit: hec eteni vtiq̄ ampliorē ⁊ maiorem solū tumorem faciunt.

¶ Ostēdit que tarde: ⁊ de difficili cōmiscent̄. d. ꝙ quando multū miscetur multo: tūc tardius ⁊ difficilius cōmiscentur. ⁊ hoc ideo: quia difficilius adiuicē alterant̄ ⁊ tardius transeūt per seiuicē. ¶ Requirit̄ etiā ad facilē mixtionē ꝙ miscibilia sint bene termiabilia adinuicē passiua: ⁊ hoc ideo quia bene terminabilia. cum sint subtilia ⁊ humida facilius diuidunt̄ in parua que facilius cōmiscent̄ q̄ magna. hoc enim est bene terminabile: qd̄ est bene diuisibile in parua. v. g. humida que sunt iter cetera corpa hn̄ miscibilia: ⁊ hoc ideo quia humidū inter alia corpora est magis diuisibile in parua. nisi illud humidū sit viscosū: quia
t.c.28. sicut dicitur in quarto metheoroꝝ: partes humidi viscosi cōiacent: sicut glutinū: propter mixtū eis subtiliter siccū qd̄ apprehēdit vndiq̄ humidum: ⁊ non sinit elabi oleum: quādo vero aque admiscet̄: quia lubrica simul iuncta vel lubricum humido compassū augēt tumorē siue quantitatē: sed non miscet̄ ei sic ꝙ quelibꝫ pars eius alteret ⁊ alteretur ab eo ad mediam naturam mixti. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Quando autem alterū solū passiuū erit: aut vehementer: hoc aūt valde paruū: aut nihil amplius mixtū ex ambobus aut paruū qd̄ contingit circa stannum ⁊ es.

¶ Quedam enim balbutiuntur adinuicē ⁊ epa- 90.
foterizant. Videntur enim qualiter ⁊ mixta remisse. Etenim alterū quidē susceptibile: alterum autē species quod in his contingit: stannū enī vt passio aliqua sine materia eris pene euanescit mixtū omne colorans solū. Idē autem hoc contingit in aliis

¶ Ostendit iterum primum vt melius declaret que sunt: que nullo modo misceri possunt. d. ꝙ quando solum alterum est passiuum: ita ꝙ non agat in alterū talia nullo modo miscentur: ⁊ hoc est quādo miscibilia non cōmunicant in materia. ¶ Quādo vero communicant in materia: sed vnū vehemēter agit ⁊ alterum vehemēter patitur: ⁊ non tantū agit quantū primū: neq̄ taliū patest esse mixtio: vel si est aliqua paruū relinquet̄ de eo qd̄ vehemēter patitur: sicut patet in stanno ⁊ ere. ¶ Si in ere liquefacto miscetur modicū de stanno: tūc stannū per vehementiam actionis eris euaporat: ⁊ nihil forte remanet: nisi calor quidam. ⁊ est simile balbutientibus qui vna littera prolata aliā distincte non proferūt: idē ēt cōtingit in multis aliis. ¶ Deinde cum dicit.

¶ Manifestū igitur ex his que dicta sunt ꝙ est mixtio: ⁊ qd est mixtio: ⁊ quare est: ⁊ que sunt miscibilia entium: quoniam sunt quedā quasi passiua abinuicem ⁊ bene determinabilia ⁊ bene diuisibilia. Hec enim neq̄ corrupta esse necessarium quando mixta: neq̄ adhuc simpliciter eadem esse que prius. Neq̄ compositionē esse mixtionem eorū: neq̄ ad sensum. Sed est miscibile quidē quodcūq̄ bene determinabile ens: passiuū fuerit ⁊ actiuū ⁊ tali miscibile est: ad omiomerum enim miscibile. Mixtio autē est miscibilium alteratoꝝ vnio.

¶ Recapitulat que dicta sunt de mixtiōe per qd̄ etiā quarta questio declaratur que fuit ꝑ̄mo proposita in principio huius capituli. d. manifestum esse ex his que dicta sunt: ⁊ ꝙ est mixtio: ⁊ quid est: ⁊ quare est: quia ꝑpter passionem ⁊ actionē contrarioꝝ: ⁊ dictum est etiā que sunt miscibilia: quādo ista passiua adinuicem: ⁊ bene terminabilia: ⁊ talia sunt bene diuisibilia. Dictum est etiam ꝙ ad hoc ꝙ sit mixtio: necessarium est ꝙ miscibilia non sint simpliciter corrupta: nec sunt simpliciter eadem vt prius. sunt enī corrupta quantū ad formas ⁊ remanēt quantū ad virtutem. vt supra ostensum est: adhuc etiam ostensum est ꝙ mixtio non est compositio minimoꝝ fm̄ naturam sicut dicebat vna opinio. nec minimorum fm̄ sensum. vt dicebat alia: talia enim minima non sunt miscibilia. Sed illud est miscibile: qd̄ cū est bene determinabile actiuum ⁊ passiuum: ⁊ illud admiscetur cū tali miscibili est miscibile ad omiomerum. i. facit cum alio mixtum: qd̄ est eiusdem rationis in toto ⁊ in partibus. patet etiam ꝙ mixtio est miscibilium alteratoꝝ vnio: que quidem alteratio solū est intelligenda in virtutibus siue qualitatibus eoꝝ. sed si etiam alteratio sumatur improprie mixtio est miscibiliū alteratoꝝ: idest corruptoꝝ fm̄ formas vnio.

p̄m⁹ ¶ Liber Secūdus.

De mixtione quidē igit̄ ⁊ tactu: ⁊ facere ⁊ pati dictū est quo modo existūt trāsmutātibus fm naturā. Amplius autem de generatione ⁊ corruptiōe aliqua ⁊ simplr: ⁊ quo modo est: ⁊ propter quam causam. Similiter autem ⁊ de alteratione dictum est quid est alterari: ⁊ quā habet differentiā eo℞. Reliquum aūt cōsiderare circa vocata elemēta corporum. Generatio quidē ⁊ corruptio omnibus natura subsistentibus substātijs est non sine sensibilibus corporibus.

¶ Diui Thome Aquinatis sacri ordinis p̄dicatorum Aristotelis clarissimi ac fidissimi Commentatoris in secūdū ⁊ vltimum librū de generatione ⁊ corruptione preclarissima commentaria.

Postquā philosophus in p̄mo libro determinauit de generatione ⁊ corruptione in communi: ⁊ de motibus consequentibus scilicet de alteratione ⁊ augmento. Nunc in secundo libro determinat de generatione ⁊ corruptiōe in speciali .s. de generatione ⁊ corruptione elemēto℞. Et circa hoc duo facit. p̄mo recapitulat ea q̄ dicta sunt in p̄mo libro: ⁊ cōtinuat dicta dicēdis dando intentionē. ¶ Secūdo p̄sequit̄ intētum ibi. (Ho℞ aūt subiectam.) ¶ Dicit ḡ p̄mo ꝙ dictū est iam in p̄mo libro de mixtiōe ⁊ de tactu. ⁊ de facere ⁊ pati quomodo existūt his que trāsmutant̄ fm naturā. Amplius etiā dictū de generatione ⁊ corruptione quō est: ⁊ ꝑpter quā causam. ¶ Silr etiā dictū est de alteratione qd est: ⁊ in quo differt a generatione ⁊ corruptione. ¶ Relinqt̄ aūt in hoc 2⁹ libro cōsiderare de corporib⁹ que elemēta vocant̄ anteq̄ cōsideremus in libris de generatione ⁊ corruptione corporū specialiū sicut lapidū ⁊ metallorū ⁊ plātarū ⁊ aialiū. ⁊ hoc iō qꝛ oēs substātie q̄ gñant̄ ⁊ corrupūt̄ nō sunt sine istis sensibilibus corporibus .s. quatuor elementis. ¶ Dicunt̄ autē elemēta antonomasica sensibilia qꝛ eorum p̄n̄e siue p̄ncipia que sunt quatuor qualitates .s. calidū fridū: humidum ⁊ siccum sunt cause omnium aliarum qualitatum tangibilium. ¶ Deinde cum dicit.

2. ¶ Horum autē subiectā materiā: hi quidem esse inquiūt vnā: vt puta aerem ponētes: aut ignem aut aliquod medium. Ho℞ aliquod ⁊ corpus ens sepabile: hi autem plura per numerū vno. Hi quidē ignem ⁊ terrā. Hi autem ⁊ hec ⁊ aerem tertium. Hi autem ⁊ hoc ⁊ aquā quartū: vt Empedocles ex quibus cōgregatis ⁊ segregatis ⁊ alteratis ait contingere generationē ⁊ corruptionem rebus.

¶ Prosequit̄ intentum: ⁊ circa hoc duo facit. p̄mo inquirit de substantia: ⁊ numero eo℞. Secūdo de mutua ipso℞ generatione ⁊ corruptione ibi. (Quoniā aūt determinatum est) Circa p̄mum duo facit. p̄mo determinat de materiali p̄ncipio ⁊ formali elemēto℞. Secūdo de numero eo℞. ibi (Quoniam aūt quatuor elemēta) Circa p̄mū duo facit. p̄mo determināt de p̄ncipio materiali. Secūdo de formalibus. (Sed nō minus). Circa p̄mū duo facit. p̄mo determinat de materia elemēto℞ fm opinionē alio℞. Secūdo fm opinionē ꝓpriā. ibi. (Nos aūt dicimus). Circa p̄mū duo facit. p̄mo ponit opiniones alio℞. Secūdo reprobat eas. ibi. (Quoniam quidem igitur p̄ncipia) ¶ Dicit ergo primo ꝙ quidā fuerūt qui posuerūt tantū vnam materiam elemēto℞: sed isti diuersificati sunt: quidam enim dixerūt ꝙ illa materia erat aer: quidā vero ꝙ ignis. ¶ Sed isti diuersificati sunt: quidam enī posuerut quoddā corpus mediū igne: quidē densius: aere aūt subtilius. ¶ Conueniūt oēs isti in hoc ꝙ dixerūt ipsam mām elemēto℞ esse corp⁹ separabile actu: ⁊ per se existēs. ¶ Alij vō fuerūt qui dixerunt materiā elemēto℞ esse pluríficatā per nume℞: ⁊ isti etiā diuersificati sunt. quia quidā dixerūt ipsam esse ignē: ⁊ terrā quidā vō addūt tertiū .s. aerem. quidā addūt quartum .s. aquā: sicut Empe. Dicūt autē tam ponentes duo q̄ ponētes plura duob⁹ per cōgregationē ꝙ ⁊ segregationē ipso℞ fit generatio ⁊ corruptio in reb⁹. ¶ Deide cū dicit.

¶ Quoniā quidē igit̄ prima principia ⁊ elementa bene h₃ dicere ꝙ sit confessum ea: q̄bus trāsmutatis aut fm congregationem aut segregationem vel fm aliā trāsmutationem contingit generationem esse ⁊ corruptionē. Sed faciētes quidem vnā materiā extra predicta: hāc aūt separabilem ⁊ corporeā peccant. Impossibile enim sine contrarietate esse corpus hoc sensibile. Aut enim leue: aut graue: aut calidū aut frigidum necesse infinitum hoc qō quidā dicunt esse principium. 3.

¶ Reprobat predictas opiniōes. ⁊ hoc p̄mo. secūdo quasi incidenter reprobat opinionem platonis. ibi. (Ut autem in thimeo scriptum est) ¶ Aduertendum autem est circa primum ꝙ non reprobat opinionem ponentium plura elementa: sed ad presens concedit eam tanq̄ ꝓpinquam aliqualiter veritati. vnde dicit ꝙ sit concessū illis qui ponunt plura elementa esse principia: per quorū transmutationem fit generatio: ⁊ corruptio siue ista transmutatio sit congregatio ⁊ disgregatio: siue quecūq̄ alia trāsmutatio: isti quodāmodo bene dicūt. ¶ Reprobat autem p̄mam opinionem: vnde dicit: faciētes vnam materiam: ⁊ hāc corpoream ⁊ separabilem ab omni contrarietate: ⁊ ab omni forma elementali: sicut ꝙ est medium inter ignem ⁊ aerē peccant: quia impossibile est ꝙ corpus sensibile sit sine cōtrarietate: oportet enim ꝙ illud corpus infinitum qō ipsi dicūt esse p̄ncipiū sit aut graue: aut leue: ⁊ si quidem erit leue mouebitur ad locum ignis. Si aūt graue mouebit̄ ad locum terre. ¶ Cuius autem motus est ⁊ locus illius est forma quā motus ⁊ locus sequunt̄. ergo est terra vl' ignis: ⁊ sic per cōsequens est calidum aut frigidum: ⁊ sic nō erit sepabile ꝯtrarietate. ⁊ a forma elemētali: vt ipsi ponebāt. ¶ Deide cū dicit.

¶ Ut autem in thymeo scriptum est nullā habet determinationem. Non enim dixit manifeste pādo℞ si separatur ab elementis. Neq̄ vtitur materia nihil dicens esse subiectū aliquod vocatis elementis prius: vt aurum operibus aureis certe: ⁊ hoc non bene dicitur hoc modo dictum. Sed quorum quidē est alteratio ita. Quorum autem est generatio ⁊ corruptio impossibile illud enunciari ex quo generatum est. Sed tamē inquit longe verius est esse aurū dicere vnumquodq̄ esse. 4.

5. ¶ Sed elementis entibus solidis vsq3 ad planiciem facit dissolutionem: impossibile aũt matrem τ materiã primã planã esse.

¶ Reprobat opinionẽ platonis de pn° elto℞.d.ꝙ illud qđ dixit plato ĩ thimeo nullã h3 determinationẽ: q2 nihil dixit determiate τ manifeste: nõ.n.dixit manifeste τ õtermi nate: si illđ pnᵐ qđ vocauit pãdexes.i.receptaculũ oĩu3 separat ab eĩs: ita ꝙ sit aliqñ actu exñs sub forma elti vel nõ: neq3 ẽt dixit: ꝙ eẽt aliqđ mãle pncipium ipso℞ elto℞. ¶ Sed dicit ꝙ subiectũ elto℞ se h3 ad elta: sic au℞ se h3 ad opa opata ex auro. ¶ Sed certe hoc nõ bñ dr: q2 ipõle est ꝙ id qđ est subiectũ gñationis: sic mã dicaᵗ de ipso gñato: sic nõ dicim⁹ ꝙ caro sit terra sed terrea. ¶ Silr illđ ꝙ alteraᵗ nõ recipit pdicationẽ passionis in recto: non.n.põt dici ꝙ hõ sit albedo: sed albus. plato tñ dicit ꝙ verius est dicere vnũqđq3 op⁹ factũ ex auro eẽ aurũ q̃3 ipm esse tale. Sicut verius est dicere phialã factam ex auro eẽ aurũ q̃3 fialã: ita ẽt veri⁹ erit dicere ignẽ vel aquã vel aliđ gñatum esse ipm subiectũ q̃3 eẽ ignẽ vel aquam. ¶ Põt ĝ breuiter sic rõ formari: ipõle est ꝙ subiectũ gñationis pdiceᵗ in recto de gñato: sed subiectũ qđ ponit plato pdicaᵗ ĩ recto de eltis. ĝ ipõle est ꝙ sit subiectum gñationis τ corruptionis ipo℞. Ad hoc ẽt peccat plato: q2 cũ3 elta sint corpa solida: dicit tñ ꝙ mã eo℞ dissoluiᵗ vsq3 ad supficiẽ. vt p3 in 3° de
T.c.3. celo τ mũdo. Impossibile.n.ẽ ꝙ mã pina que est sic mr sit supficies. ¶ Deinde cum dicit.

6. ¶ Nos autem dicimus esse aliquam materiam vnam corporum sensibilium: sed hanc non separabilem: sed semper cu3 contrarietate ex qua generanᵗ vocata elemẽta. Determinatum est autẽ de his certius: τ in alijs. Sed tamẽ qm̃ τ hoc quo modo sunt ex materia prima corpora determinandum τ de his. Principium quidẽ τ primum existimãtes esse materia3 inseparabilem quidem. Subiectam autem contrarijs. Neq3 enim calidũ materia est frigido: neq3 hoc calido: sed subiectũ ambo℞. Quapropter quidem primum potentia corpus sensibile principium. Secũdo autem prime contrarietates. dico autem. Verbi gratia. caliditas τ frigiditas. Tertio autẽ ignis τ aqua talia. Hec quidẽ trãsmutanᵗ adinuicem: τ non vt Empe. τ alij dicunt: semper enim esset alteratio: contrarietates aute3 non transmutanᵗ. Sed non minus erit corporis qualia τ quãta dicẽdum principia. Alij q̃dẽ.n. supponẽtes vtunᵗ τ non dicũt quare aut hec aut tanta.

¶ Determinat de mã que nõ est sepabilis silᵗ ab omni forma elti: nec ab omni 2rietate elto℞ fm ppriã opionẽ. d. ꝙ est aliq̃ vna mã sensibiliũ corpo℞.s.elto℞: que nõ est separabilis simul ab omni forma elemẽti: nec ab omni 2rietate: sed semp est sub aliq̃ forma τ aliqb⁹ q̃litatib⁹ 2seq̃ntib⁹ ipsam forma3 ex ista mã generanᵗ sensibilia corpora que vocanᵗ elemẽta. excusando aũt se a maiori declaratione: dicit ꝙ determinatũ est in alijs certius.s.in 3° celi τ mũdi.
T.c.53 Sed q2 ibi non est plene determinat⁹ modus: fm que3 ex mã generanᵗ corpa pma. ¶ Determinãdũ est hic quõ generenᵗ. Ad ho℞.n. manifestationẽ dicit sumẽdum esse pro pncipio hoc qđ dictũ est.s.ꝙ est mã pma subiecta 2rijs inseparabilis ab eis. q2 semp est cu3 altero 2rio℞. Et hoc pbat per hoc ꝙ caliditas non põt esse mã friditatis: nec ecõuerso. Sed op3 aliqđ esse tertiũ. vt dr in. 12° meta. τ in p phys. ꝙ est subiectũ ambo℞ 2rio℞: τ de vno trãsmutaᵗ in aliud. Et iđ pmũ pncipiũ est id qđ est põ. corpus sensibile: τ illud est mã iã dicta. ¶ Scđ3 vo pncipiũ sunt 2rietates q̃litatũ distiguẽtes τ determinãtes põm. mãe. v.g. caliditas τ frigidtas τ h3. ¶ Tertiũ iam erit eltũ 2stitutũ ex his: puta ignis vel aq̃ vel h3. Et alia elta trãsmutanᵗ adiuicẽ: dum eo℞ cõis mã mutaᵗ de vna forma in aliã: vt de igne in forma aeris: τ silr de alijs: vñ nõ est verũ ꝙ Emp. dixit: τ q̃dã alij. s. ꝙ elta non trãsmutanᵗ. ¶ Si.n. imutabilia sunt vt ꝙ solũ fuit ignis semp sit ignis. tũc nunq3 eẽt gñatio: nec alteratio: qđ est manifeste fl3: q2 fm 2rietatẽ trãsmutanᵗ: sic videm⁹ ad sensu3: ꝙ eadẽ mã: que nũc est sub friditate aq̃ aliqñ ẽ sub caliditate aeris: τ ꝙ erat sub calitate aeris: aliqñ est sub caliditate ignis. ¶ Cũ ergo h3 q̃litates 2seq̃nᵗ formas subales elto℞ sic effect⁹ cã3 seqᵗ: ꝙ si fiat trãsmutatio ipsarũ q̃litatũ: τ ꝙ ẽt fit trãsmutatio in formis subalibus. (¶ S3 nõ min⁹ dõ3: τ vt corpis) postq̃3 phs determinauit de pn° mãli elto℞: hic determiat de pncipio formali. τ p dat ĩtẽtionẽ suã. Scđo pseqᵗ ĩtẽtu3. ibi (Qm̃ igiᵗ q̃rimus). ¶ Dicit ĝ pmo qđ nõ minus debem⁹ dicere de pn° formali elto℞ q̃3 de mãli. Et ĩtelligo p formale pncipium ipsas sensibiles q̃litates põm. mãe vel mãm distinguẽtes fm q̃s illa corpa q̃lia sũt. Ingrit.n. hic phs pncipiũ corpo℞ sensibiliũ inq̃tũ sensibilia sunt vt ipse dicit in lr̃a. Si aũt dicaᵗ ꝙ velit ingrere pncipia formalia subalia: tũc dicendũ ẽ ꝙ q2 forme subales sunt nobis ignote: q2 ĩsensibiles: ideo p istas q̃litates que sũt ĩmediata pncipia trãsmutationis subalis dat ĩtelligere ipsi formalia pnͣ substãtialia: τ iđ dicit ꝙ ẽt o3 dicere quãta in quot sunt iste q̃litates ideo aũt de istis determinare o3: q2 alij pħi nõ reddũt cã3 quare sunt. sed solũ ex suppõne vtunᵗ eis. ¶ Deĩde cũ dic.

¶ Quoniam igitur querimus corporis sensibilis principia: hoc autem est tangibile. Tangibile autem cuius est sensus tactus. Manifestum quoniam non omnes contrarietates corporis species τ principia faciũt: sed solum que scđm tactum: τ scđm enim contrarietatẽ differũt: τ scđm tangibilem contrarietatem. ideo neq3 albedo τ nigredo: neq3 dulcedo τ amaritudo. similiter autem neq3 aliarum contrarietatum aliqua facit elementu3. 7

¶ Proseqᵗ intẽtũ: τ circa hoc duo facit. pmo ostẽdit ꝙ non oẽs 2rietates sunt forme elto℞ pfectiue: sed solũ tãgibiles Scđo nõ oẽs tãgibiles: sed solũ pme: τ ostẽdit que sunt prime. ibi. (Ipso℞ aũt tãgibiliũ) Dicit ĝ pmo ꝙ q2 nos querimus pncipia corporis sensibilis. τ nõ oĩs sensibilis s3 solũ tãgibilis: tãgibile aũt solũ est sensus tact⁹: manifestũ est ꝙ non oẽs 2rietates faciũt spẽs siue formas corporis sensibilis: sed solũ ille que sunt sensibiles fm tactũ: τ ideo nec albedo: nec nigredo: nec dulcedo τ amaritudo: nec aliq̃ alia sensibilis qualitas que non est tãgibilis: facit elta τ huius causa est: q2 non sunt pme: nec actiue: nec passiue adinuicẽ Huiusmodi op3 esse pncipia pmo℞ corpo℞.s. elto℞. τ ideo non trãsmutant ea que tongũt: τ ppterea non valẽt ad generationem τ corruptionẽ elemẽto℞. ¶ Deinde cũ dicit.

¶ Quãuis prior visus tactu: quapropter τ subiectu3 prius. Sed nõ est corporis tãgibilis passio scđm ꝙ tangibile: sed fm aliud τ si contingat natura prius.

[Right margin, beside the first lines of the right column: t.c. 10.e 12. t.c. 71.]

¶ Remouet quoddā dubiū. ¶ Cum querat hic phūs formas pfectiuas corpoꝝ eltoꝝ: ⁊ cuz visus sit pōr tactu: ⁊ iō obiectum visus sit pius obiecto tactus: potius videṫ ꝙ forme pfectiue elemētoꝝ sint querēde penes differētias visus ꝗ̄ tactus. ¶ Sed hoc remouet dicēs: ꝙ ꝗ̄uis visus sit nō mō pōr tactu: qꝛ forma ēt dignitate pōr est omnib⁹ sensib⁹ ⁊ ideo obiectū visus pius est obiectu tactus: tamen qualitas que est obiectū visus nō est corpus tangibile sm ꝙ tāgibile etiā si visus cōtingat esse sm naturā pmū: pōr enim forma ⁊ dignitate ⁊ fine omnibus sensib⁹: ⁊ si est: vt dictus est: ⁊ obiectum visus pius est obiectis alioꝝ sensuum: non tamē omne visibile: sed solum lumē siue lux: quia p ipsam mouet celum materiaz generabiliū ⁊ corruptibilium ad omnē formā. ¶ Tactus aūt subiecto pōr est: quia substernitur omnib⁹ sensibus. vt patet secūdo de anima: ⁊ sue contrarietates sunt cause omniū contrarietatū: ⁊ hoc patet qꝛ non sentimus sm tactuz: nisi id qđ excellit sm qualitates complexionatas mediuz tactus qđ est caro: ⁊ ille sunt calidum frigidū humidū ⁊ siccum: quarum nulla est in celo: ⁊ ideo celum sm naturam non est sensibile tactu: sed solum elemēta ī qb⁹ sunt quatuor qualitates ex qbus fit complexio ⁊ tactus. ¶ Deinde cum dicit.

8. Ipsoꝝ aūt tangibiliū diuidenduz que prime differentie ⁊ contrarietates. Sūt autem contrarietates sm tactū he: calidū ⁊ frigidū: humidū ⁊ siccū: graue leue: duruz molle: lubricū aridū: asperuz lene: grossuz ⁊ subtile.

¶ Ostēdit ꝙ non omnes qualitates tangibiles sunt forme pfectiue elemētoꝝ. sed soluz pme actiue ⁊ passiue sunt adinuicem. ⁊ circa hoc tria facit. pmo diuidit qualitates tangibiles. Scđo ostēdit ꝙ non solū hec quatuor. s. cali. frigi. humi. ⁊ sic. sunt actiue ⁊ passiue: hoꝝ aūt 3m ostēdit ꝙ ipe sūt pme: quia ad ea omnes alie reducunṫ. ibi. (Subtile autē ⁊ grossuz) Dicit ergo pmo. ꝙ diuidēde sunt tāgibiles qualitates siue ꝯtrarietates vt videamus que earū sint pme. ¶ Sunt aūt cōtrarietates sm tactum hec cali. fri. humi. ⁊ sic. graue leue durū ⁊ molle: lubricū aridū asperum lene grossum subtile. ¶ Rarū aūt ⁊ densum. vt in quarto phy.

T.c. 84. dicṫ: non sunt qualitates physice: sed positio partiū materie sm ppinquū i denso: ⁊ sz remotū i raro. ¶ Deide cū dic.

¶ Horuz aūt graue qdez ⁊ leue: neqꝫ actiua: neqꝫ passiua: non enim in faciendo aliqd aliō: neqꝫ in patiendo ab alio dicunṫ. Oportet autem actiua inuicem ⁊ passiua esse elemēta: miscenṫ enī ⁊ transmutanṫ adinuicē.

¶ Ostēdit ꝙ he soluz quatuor qualitates sunt actiue ⁊ passiue adinuicē: ⁊ p ꝯñs ꝙ sunt forme eltoꝝ. Sz qꝛ graue ⁊ leue sunt ppie qualitates eltoꝝ de qbus posset videri ꝙ eēnt ipsoꝝ formalia pncipia. ideo pmo dṙ ꝙ nō sunt actiua nec passiua: ⁊ hoc declarat per modū significādi modū ipsoꝝ: qꝛ nō significat actionē vel passionē: cū nō sint noīa v̄balia. Cū aūt elta misceanṫ ⁊ trāsmutenṫ adinuicem: opꝫ ꝙ sint actiua vl' passiua. Talia aūt esse nō pñt: nisi p formalia sua pncipia. Ex his igitur manifeste sequiṫ ꝙ nec graue nec leue sunt formalia pncipia eltoꝝ. ¶ Deinde cuz dicit.

¶ Calidū enim ⁊ fridū humidū ⁊ siccū: hec qdē quia actiua sunt: hec aūt quia passiua dicuntur. Calidū eniz est qꝛ congregat homogenea. Segregare enim qđ inquiūt facere ignem: congregare aūt est que eiusdem trib⁹: contingit enim extollere alienigena. Frigidū aūt quod coniungit ⁊ congregat similiter ⁊ singenea ⁊ non eiusdem tribus.

¶ Humidū enim indeterminatū proprio termino bene terminabile ens alieno: siccū autē bene terminabile proprio termino: difficulter autez terminabile alterius. 9.

¶ Ostēdit ꝙ he ꝗ̄tuor ꝗ̄litates. s. cali. ⁊ frig. humi. ⁊ sic. sunt actiue ⁊ passiue. p ostēdit hoc de calō ⁊ frido. d. ꝙ calidū ⁊ fridū sunt actiua. humidū ⁊ siccuz sunt passiua. Sic dñr. i. sic ꝯsignificāt eoꝝ noīa: ⁊ hoc p̄cipue sm grecos: g forte habent noīa v̄balia actiones ⁊ passiones ꝯsignificātia. ¶ Deinde declarat hoc idē p diffinitiōes ipsoꝝ. Calidū. n. est qđ ꝯgregat homogenea sibi: qꝛ subtile qđ calō est ꝯueniēs attrahit: lz. n. calidū segreget: sic dñt qdā ignē facere: tñ illō segregare ē ꝯgregare: qꝛ ꝯgregādo hōgenea segregat etherogenea p accñs. Qꝛ aūt fridū sit actiuū: pꝫ ēt p hoc: qꝛ cōgregat oīa tam que sunt eiusdē nāe ꝗ̄ illa que sunt diuerse. Aliqñ. n. aq̄ terra palea ⁊ hm̄ p coagulationez factā a frido ꝯgregaṫ. ¶ Scđo ibi. (Humidū. n.) Ostēdit ꝙ humiduz ⁊ siccū sunt passiua p diffinitiones eoꝝ: differunṫ. n. p possionē eoꝝ: humidū. n. est ideterminatū ppō termio bñ terminabile termino alieno: siccū aūt terminaṫ termio ppō: difficulter aūt termiabile termio alieno. ¶ Deide cū dic.

¶ Subtile autem ⁊ grossum: lubricum ⁊ aridum ⁊ durum ⁊ molle ⁊ alie differentie ex his sunt. Quoniam enim repletiuum est humidū: quia non est terminatum quidem: bene autem terminabile ens: ⁊ quia sequitur tangētē. Subtile autem repletiuum: subtilium autem partium ⁊ paruarum partium repletiuum: totum enim totum tangit: subtile autem maxime tale. Manifestum autem quoniam subtile quidem erit humide: grossum autem sicci. 10.

